licet ſciret ipm dei filiū eē: tñ poterat ſenſualitas eorū turbari ⁊ dicebant. Dñe deus oīpotēs quid oportet ꝙ iſte filius tuus fugiat? nōne potes hic eum defendere? Et in hoc erat eis tribulatio q: i terraʒ lōginquā oportebat eos ire quā ignorabant ⁊ ꝑ vias aſperas: dña ꝓpter iuuētutē Joſeph ꝓpter ſenectutē. Ipſe. n. puer quē portare habebāt vix erat duorū menſium: ⁊ ꝑegrinari habebāt in terrā alienam pauperes ⁊ nihil habente. Reſpice ꝙ oīa iſta ſūt afflictionis mrīe. Fugiebat ergo dñs a facie ſerui dyaboli: portabat euʒ mater tenera ⁊ iuuenis valde. Et ſanctus Joſeph ſenex i egyptū ꝑ viā ſiluestrem ⁊ obſcurā nemoroſaʒ aſperā ⁊ ihabitatā per viaʒ etiā valde longaʒ. Sed qūo faciebat de victu? vbi ēt vel qūo de nocte quieſcebant ⁊ hoſpitabanẗ? Raro. n. domos in illo deſerto inueniebant. Compatere ergo eis ⁊ adiuua puerū Jeſuʒ portare: ⁊ ſeruias i omnibus quibus potes.

Qualiter vixit dña cū puero Jeſu in egypto morans ibi.

Ierūt ergo ad quādā ciuitatē ⁊ ibidē aliquā domūculā inuenerūt ⁊ habitauerunt ibi ꝑ ſeptem ānos tāq̄ʒ peregrini ⁊ aduene pauperes ⁊ egeni. Legiẗ aūt de dña ꝙ colo ⁊ acu q̄rebat ſibi ⁊ filio neceſſaria dña mūdi pauꝑtatis amore. Multū ſuꝑ oēʒ modū iſti pauꝑtatē dilexerūt: ⁊ eideʒ ꝑfecte vſqʒ ad morteʒ fideʒ ſeruauerunt. Cōſpice bene dñam mūdi i laborib⁹ ſuis ſuēdo filādo ⁊ texendo quō facit ea diligenter hūiliter atqʒ ſollicite: habendo nihilominus diligētiſſimā curā ſuper filio ſuo ⁊ ſuper gubernatōe domus: nec nō vigilijs ⁊ orōnibus iuxta poſſe ſemper fuit intēta. Toto igiẗ affectu eideʒ cōpatere ⁊ cōſidera ꝙ nō habuit gratis regnū domia regni. Sʒ aliquotiens forte cōtingebat ꝙ alique bone matrone videntes eius paupertatem ⁊ ſanctā ⁊ honeſtam eius cōuerſationeʒ aliqua tranſmit-

tebant eidem que humiliter ⁊ cū gratiarum actione reci piebat. Sȝ ⁊ ſanct⁹ Joſeph ſenex aliquid operabatur in arte lignaminis. Vndiqȝ cō paſſiones occurunt. Maria cuȝ lachrymis ⁊ compaſſio/ ne magna valefaciens eis q꞉ ſine aliqua cauſa remanent ad peregrinandum: ibidem per ſeptēqȝ ānos in ſudore vultus ſui vixerunt.

Hic incipias meditari die Martis.

De reditu dn̄i d̄ egypto.

Ompletis ſepteȝ ānis quibus dn̄s peregrina tus ē in egyptuȝ angelus do mini apparuit in ſōnis Jo/ ſeph dicens. Tolle puerum ⁊ matreȝ eius ⁊ vade in ter/ ram iſrl̄. Defuncti ſūt. n. qui querebant aīam pueri. Qui accepit pueruȝ ⁊ matrē eius ⁊ rediit in terram iſrl̄. Et cū fuit ibi audiēs ꝙ Archelaus fili⁹ Herodis regnaret ibi ti muit illo ire. Et ideo moni/ tus ab angelo iuit in galileaȝ ciuitatē nazareth. Fuit autē reditus eius circa feſtū Epy phanie. ſ. ſcd̄a die ẜȝ ꝙ i mar tyrologio legitur. Mōd̄ diligē/ ter attēde q꞉ pia meditatio ē valde. Redeas igit̄ in egy/ ptum cā viſitandi puerū: ipe videns te ſtatum occuret tibi quia benignus affabilis ⁊ cu rialis ē. Tu vero genufle/ ctens deoſculare pedes eius ⁊ tunc dicet tibi. Data ē no/ bis licentia redeundi ad ter/ ram noſtram ⁊ cras hinc re cedere debemus: bona hora veniſti ⁊ redibis nobiſcum: cui alacriter reſpōdeas. Ex hoc multum gaudere: ⁊ ꝙ eum optas ſequi quocunqȝ ierit. Meditari iſta forſitan alicui puerile videbitur: ⁊ ali quis forte arridebit de hoc: tamen exiſtimoꝙ multuȝ va lent ⁊ ad maiora tranſmit/ tunt. Poſtea dominus Je/ ſus adducet te ad matrem: tu vero genuflectēs fac ei re uerentiam ⁊ ſancto ſeni Jo/ ſeph ⁊ requieſcas cum eis. Manc ſequenti videbis ali/ quas bonas matronas de cō trata ⁊ etiam homines ve/ nientes ad ſociāduȝ eos vſqȝ extra portā ciuitatis pp placi

bilē ⁊ ſactā ꝯuerſatōez ipo‑ rū. Predixerat.n. diſceſſum ſuū p viciniā per plures di‑ es q nō erat ꝯueniēs ꝙ ſubi to quaſi furtiꝫ recederet. In‑ cipiūt igiť recedē: ⁊ Joſeph cū hōibus p̄cedit ⁊ dn̄a ſeqť a lōge cū matronis. Tu ve‑ ro accipiēs puerū p manuꝫ vade i medio āte matrē. Cū autē ſūt extra poꝛtā Joſeph nō patiť plus ſociari. Vere hic eis cōpati potes cum ille cuius ē terra ⁊ plenitudo ei⁹ ꝓ ſe ⁊ matre ⁊ nutricio ſuo ſic paupꝫtatē artā elegerit ⁊ i tāta penuria vixerit. Multū eniꝫ relucet pauptas ſanctiſſi ma i eis vt eaꝫ nobis amabi lē ⁊ imitabilem oñderēt. Tā dem gratias eis agētes rede unt. Sꝫ quomō rediit puer Jeſus adhuc iſātulus tener rim⁹: Difficilioꝛ mihi videť regreſſus q̄ꝫ acceſſus. Nam quando uenit i egyptum ita paruulus erat ꝙ poꝛtari po terat: nūc autem ſic magnus ꝙ poꝛtari nō poteſt: ⁊ ſic par uus ꝙ per ſe ire non pōt. O puer egregie ⁊ d̄licate rex ce li ⁊ terre quātum laboꝛaſtis ꝓ nobis: ⁊ q̄ꝫ cito icepiſtis. Vnde ꝓpheta i pſona ve‑ ſtra p̄dixit: pauper ſuꝫ ego ⁊ in laboꝛib⁹ a iuuētute mea: pēurias magnas laboꝛes ar duos ⁊ aſſlictionez cōſtan‑ tiſſime accepiſtis: habuiſtis voſipm odio ꝓ amoꝛe no‑ ſtro. Accipe igiť puerū Je‑ ſū ⁊ pone ſup aſelluꝫ ⁊ fideliť ducas cū: ⁊ cū deſcēdere vo luerit letāter eum in bꝛachijs ſuſcipias. Vadūt igiť p de‑ ſertum per quod venerūt ⁊ in ipſo itinere poteris com‑ pati eis: ⁊ reſpice eos fatiga‑ tos ⁊ laboꝛe deuictos taꝫ de die q̄ꝫ de nocte parum getis habētes.

Quomodo puer Jeſus re‑ diēs d̄ egypto obuiauit Jo‑ āni baptiſte i deſerto.

Dum autē fuerunt ꝓ‑ pe finē deſerti inuene‑ rūt Joānē baptiſtā qui iam ibi penitētiā agere cepit cuꝫ tamen nullum haberet pec‑ catuꝫ. Meditare quomodo ſuſcepit eos alacriter ⁊ ibi ali quātulum ſubſiſtentes come derunt cuꝫ eo illa cruda ciba ria. Tandem imenſa recrea‑

tōne ſpiritus habita valeſce/
cerunt ei. Tu autē in aduētu
ꝛ i diſſceſſu genuflecte Joā
ni deoſculās pedes bñdictio
nē petēs: ꝛ ei te recōmēdās.

De trāſitu dñi Jeſu reuertē
tis dˀ egypto ꝑ domū Zacha
rie.

P Oſtea trāſeūtes ꝛ eū/
tes applicuerūt ad do
mū helyſabeth vbi magnū
ꝛ iocūdū feſtum factū ē iter
eos. Et ibidē audiēs ꝙ Ar
chelaꝰ filiꝰ Herodis regna/
ret i iudea timuit: ꝛ admoni
tus ab angelo i ſōnis poſtea
iuerūt i galileā ciuitatē naza
reth cum maria ꝛ Joſeph.

Quomodo applicuit Jeſus
nazareth.

E Cce reduximꝰ pueruꝫ
Jeſum dˀ egypto: ꝛ oc
currerunt ſorores domine ꝛ
alij conſanguinei ꝛ amici ad
viſitandum eos: poſtea i na
zareth remanēt ꝛ pauperem
vitā ducūt. Exinde vſqꝫ ad
duodecimuꝫ pueri Jeſu eta
tis annū aliqd nō legitur de
ipſo. Faciebat enim ſeruitia
matri. Humilis dña nō ha
bebat aliū ſeruiētē.

Quomō puer Jeſus reman
ſit i hieruſalē.

C Um autē eſſet Jeſus
ānoꝝ duodecī aſcēdit
in hieruſaleꝫ ſm cōſuetudinē
diei feſti ꝛ pceptū: ꝛ durabat
ꝑ dies octo. laborauit ꝛ nūc
puer Jeſus in itineribꝰ lon
gis: ꝛ modo vadit vt hono
ret patrē ſuū celeſtē in feſtis
ſuis. Eteniꝫ amor ſūmus eſt
iter patreꝫ ꝛ filiū. Stabat er
go dñs legis obſeruās legē
ꝛ iter alios cōſeruās humili
tatē qſi qdā aliꝰ paupculus.
Cōſūmatis aūt diebꝰ feſti re
cedētibꝰ pētibꝰ ipe i hieruſa
lē remāſit. Cū ergo mater ꝛ
Joſeph ꝑ diuerſas vias ince
dētes veniſſēt i ſero ad locū
vbi dicta cōplebat ꝛ vbi ho
ſpiciū debebāt hēre: videns
dña Joſeph ſine puero quē
cū ipo redire ſpabat: qrit ab
eo vbi ē puer. Et ille: neſcio
qꝛ ñ rediit mecū: tecū. n. redi
re putabā. Tūc illa dolore ve
hemēti ꝯcuſſa cū lachrymis
dixit ñ rediit mecū: video ꝙ
ñ bñ filiuꝫ meū cuſtodiui. Et

velocit̃ icipiēs ire p̱ domos quātū dcẽter potuit, illo ſero circuibat querens de ipſo ⁊ dicēs. Vidiſtis vos filiū meū? Et vir p̄ ardore ⁊ dolore deſiderij ſe ſentiebat. Joſeph vero ſenex ſequebat̃ eandez: quo nō inuēto qualē getem habere poterāt? Quid enim erat perdere Jeſuz? Cōſpice bñ ipſaz ⁊ vehemēter cōpatere: q: i anguſtia ē poſita aia ei⁹. Nō ergo turbemur quādo videm⁹ q̄ Jeſus p̱mittit tribulari ñ ſolū ſeruos ſuos ſ; etiaz matrez ſuā: ⁊ tribulatōes ſue ſigna ſūt ſue dilectionis ⁊ nobis expedit ante eas habere. Tandē dña in ſe recludēs ad orationē ⁊ plāctū ſe vertit dicēs. O deus ⁊ pater eterne clemētiſſime: vobis placuit dare mihi filiū veſtrū: ⁊ ecce p̱didi eū ⁊ neſcio vbi ſit: reddite euz mihi. O pater tollite mihi iſtā amaritudinē ⁊ oſtēdite mihi filiuz meū: reſpicite ad aflictionem meā ⁊ nō ad meā negligentiam: incaute me habui ſed ignorās feci: ⁊ p̱p̱ bonitatez veſtraz reddite eū mihi quia ſine ipo viuere nō poſſū. O fili dilectiſſime vbi es? Quid ē de te? Apud quē hoſpitat⁹ es? Nūqd ad patrez tuū rediiſti i celū? Scio q̄ deus es ⁊ dei filius: ſ; qūo mihi non dixiſti? Sz nūquid ab aliquo es queſitus inſidioſe? Scio ei; q̄ homo verus es ex me natus: ⁊ alias te ab herode queſitū i egyptū portaui: pater tu⁹ ab oi malo te cuſtodiat. Fili mi p̱p̱ quā ergo cāz receſſiſti a me? O fili mi ne tardes venire ad me. Nūq̄z ex quo natus es vſq; modo ſine te fui: modo autē ſine te ſū: ⁊ neſcio gd de te factū ſit. Tu ſcis q: tu es ſpes mea vita mea ⁊ oē bonū meū ⁊ ſine te eſſe nō poſſuz. Indica mihi vbi es ⁊ quomō te valeaz inuenire. Talibus ⁊ ſil̃ib⁹ dictis per totā noct[illegible]guſtiabatur ſuper dilecto filio ſuo. Mane vero ſequēti tēpeſtiue domū exeuntes querebāt eū p̱ circūſtātia loca. Naz p̱ plures vias patebat redit⁹. Die vero ſequēti circueūdo i bāt p̱ alias vias querentes euz iter cognatos ⁊ notos.

Quo etiaȝ tūc nō inuēto ma ter quaſi ſine ſpe anxiabatur nec poterat cōſolari. Tertia vero die redeūtes in hieruſa lem inuenerūt eū ī tēplo ſe dētē in medio doctoꝝ. Tūc glorioſa virgo maria vidēs eū exhilarata reuiuiſcēs ge nuflexerit ꝛ cuȝ lachrymis deo gratias egit. Puer autē Je ſus vidēs matrē venit ad eā quē ipa īter brachia ſuſcepit ꝛ oſculās dulcit poſuit vultū ad vl'tū ꝛ ponēs eū i gremio ſuo aliquātulū cū eo regeuit: neqȝ eiȝ tūc loqui p̄ teneritu dine potuiſſet. Poſtea reſpi ciēs in faciē eius dixit ei: Fili quid feciſti nobis ſic? Pater tuus ꝛ ego dolētes querēba mus te. Et ille. Quid eſt ꝙ me querebatis? Neſciebatis q2i his que patris mei ſunt oportet me eē? Quod verbū illi nō itellexerūt. Dixit ergo illi mater. Fili volo ꝙ redea mus domū: nō ne vis redire nobiſcū? Et ille. Ego faciaȝ quod placuerit vobis: ꝛ re diit cū illis nazareth. Cōſide ra in predictis tria mirabilia valde. Primum ꝙ qui vult domino adherere non debet iter conſāguineos cōſeruari ſȝ ab eis diſcedere. Nā puer Jeſus dimiſit diligētiſſimaȝ matrem cum operib⁹ patris ſui intēdere voluit: ꝛ etiā q̄ſi tus iter cognatos ꝛ notos ñ fuit inuētus. Secūdū ꝙ qui ſpiritualiter viuit nō miretur ſi aliquādo mente tepida re manet ꝛ ſibi videaṫ derelictū ſe eſſe a deo qđ ꝛ matri hoc cōtigit. Non ergo vt mater tabeſcat ſȝ diligenter eū q̄rat per cōtinuum exercitiū ſpiri tus i ſacris meditationibus ꝛ bonis operibus perſiſten do ꝛ inueniet eū. Tertiū ꝙ ñ debet quis eſſe ꝓprij ſenſus vel proprie voluntatis.

Quid fecerit domin⁹ Jeſus a duodecimo ſue etatis āno vſqȝ ad ꝑcipiū trigeſimi.

Reuerſus igiṫ dñs Je ſus đ hieruſalē cū pa rētibus ſuis in ciuitate naza reth erat ſubdit⁹ illis ꝛ habi tabat ibidē cū eis ab inde vſ qȝ ad ꝑcipiū trigeſimi āni: nec in ſcripturis reperitur ꝙ

in toto iſto tp̄e aliquid fe-
cerit: quod mirabile videtur
valde. Quid ergo meditabi
mur ip̄z feciſſe? Stetit ne do
minus ocioſus tanto tēpore
vt nihil faceret? Si enim fe-
ciſſet cur nō fuiſſet ſcriptū
ſicut reliqua facta ſua? Sȝ at
tēde hic bene. patēter videre
poteris ꝙ nihil faciēdo fecit
magnifica. Subtrahebat er
go ſe a cōſortio ꝛ ꝯuerſatōe
hōium. Ibat ad ſinagogam
ꝛ ſtabat ibi multū in oratōne
in loco viliori ſe ponēs ꝛ re
dibat domū. Sabat cum ma
tre: ꝛ aliquādo nutriciū ſuū
adiuuabat. Pertrāſibat eū-
do ꝛ redeūdo inter homines
acſi n̄ videret homines. Mi
rabanť cūcti cernētes iuue-
nē tā ſpecioſū q nihil opera-
bať laude dignū. Expecta-
bāt eniȝ ꝙ magnifica faceret
ꝛ opa ꝓbi viri. Cū em puer
erat ꝓficiebat etate ꝛ ſapien
tia corā deo ꝛ hōibus. Sed
ecce creſcens ꝛ perueniens
ad vigeſimum annum ꝛ etiā
ad vigeſimum quintū ꝛ vl-
tra nulla opera facta ſunt p̄-
ſentantia vel precedentia ſpē

aliquā ꝓbitatis vel verita-
tis. Stupebant vehementer
dicētes ꝛ deridētes. Ipſe q̄-
dē inutilis ē: ipe eſt idiota ꝛ
homo d̄ nihilo: ſtultus ꝛ inſi
piens nec etiā litteras diſcit.
Vides quid faciebat nil fa-
ciēdo: reddebat ſe vilē ꝛ ab-
iectū (vt dixi) hōibus. Maiꝰ
eſt hoc q̄ȝ edificare ꝛ vince-
re ciuitates iuxta ſapiētiā ſa-
lomonis. Melior ē patiens
viro forti: ꝛ qui dn̄atur ani-
mo ſuo expugnator ē vrbiū.
Vſqȝ igitur quo ꝑuenias ad
hūc gradū nihil tibi videať te
feciſſe. Nā i veritate oēs ſu-
mus inutiles ēt cū bene feceri
mus iuxta verbum dn̄i: qꝛ in
hoc abiectionis gradu nōdū
ſumus in veritate ſed in va-
nitate. Fabricabat igitur do
minus gladium humilitatis
ſic faciendo vt per prophetā
fuerat ei predictum. Accin-
gere gladio tuo ſuper femur
tuū potentiſſime. Senex Io
ſeph querebat victum d̄ arte
lignaminis. Domina vero
colo ꝛ acu precio laborabat:
parabat victum ſponſo ſuo
ꝛ filio: ꝛ alia expedientia fa-

ciebat. Nō eniȝ habebat ſer/uienteȝ. Compatere igiť ſibi q꞉ ſic ſuis manibus labora/re oportet. Compatere dño Jeſu q꞉ ipſe eā adiuuabat fi/deliter ⁊ laborabat ī his que poterat. Intuere eū humilia obſequia per domū facientē ⁊ dñam ſimiliter. Conſpice tres. Ipſi ſimul comedūt ad vnā menſaȝ ꝑ ſingulos dies nō exquiſitas ſed pauperes epulas ſobrie ſumentes ⁊ ſi/mul colloquētes. Et intuere dominū Jeſuȝ ſuꝑ vnuȝ cu/biculū i ſero poſt orationē ſe componere: ⁊ ꝑ ſingulas no ctes tā lōgiſſimi tēporis ſic humiliter vt quicūqȝ aliꝰ pau perculus d̾ populo. Sic eiȝ ꝑſeuerat quolibet ſero in hoc ſtatu. Debes etiā conſpicere virginem in ſuo cubili ſimi/liter in alia parte.

De itinere dñi Jeſu ad ba/ptiſmum ⁊ d̾ ipo baptiſmo.

Completis igitur vi/gintiocto annis ſue eta tis: quibus (vt dictum eſt) ſic humiliter vixerat ⁊ abiecte dixit matri ſue: tēpus ē vt va dā ⁊ glorificē ⁊ magnificem patrē meū ⁊ oñdaȝ me mun do vt operer aiarū ſalutē ꝑ qua huc me miſit. Cōforta/ri igiť mater chariſſima quia cito redibo ad te: ⁊ genufle/ctēs cū humilitate petijt bñ/dictiōem. Ipſa vero virgo glorioſa ſimiliť genuflectens cuȝ lachrymis cū amplectēs tenerrime dixit. Fili mi bñdi cte vade cū bñdictiōe patris tui ⁊ mea. Eſto memor mei citoqȝ redire memēto. Sic ergo reuerēter eum licētiat. Vadit autem ſolus dominꝰ mundi. Non enim habebat diſcipulos. Intuere ergo cū diligenter quomodo vadit ſolus nudis pedibus per taȝ lōga itinera. Vadit ergo do minus Jeſus ſic humiliter ꝯtinuatis diebꝰ quouſqȝ ꝑ/uenit ad Jordanē helemoſy nam petendo per viam ob paupertatis amorem. Non enim portabat pecuniā. Cuȝ ergo venit ad Jordanem i/uenit Joānē baptiſtā pecca tores ⁊ turbaȝ magnam que illuc ꝯcurrebat ad ꝑdicatōeȝ

ipſiꝰ baptizātē. Habebāt eū cū quaſi chriſtū. Dixit ergo ei dominꝰ Jeſus. Rogo te vt me cū iſtis baptizes. Joānes vero intuēs eū ſpiritu ꝓphetico cognoſcēs timuit ꝛ reuerēter dixit. Ego a te debeo baptizari. Cui dominꝰ Jeſus. Sine modo. Sic nos decet implere oēꝫ iuſticiam: nō dicas hoc modo nec me diuulges qꝛ nōdum venit tēpus meū: ſꝫ me baptiza. Nūc ē tēpus humilitatis nō maieſtatis: ꝛ iō implere volo omne exemplū hūilitatis. Poſtq̄ꝫ Joannes vidit domini volūtatē obediuit ꝛ eū baptizauit. Spoliat ſe dominus maieſtatis ſicut qlibꝫ aliꝰ homūculus ꝛ mergit ſe i aquis frigidis tēpoꝛe frigoris magni ꝓ amoꝛe noſtro. Operaꝶ noſtrā ſalutē ꝯſtituens ſacramētuꝫ baptiſmi: ēt lauās noſtra crimina deſpōſat ſibi vniuerſalē eccleſiā: ꝛ ſingulariter oēs animas fideles. Nā i ſide baptiſmatis deſpōſamur dn̄o noſtro Jeſu chriſto dicēte ꝓpheta i pſona ipiꝰ. Deſpōſabo te mihi i fide. Et ideo cātat eccleſia. Hodie celeſti ſpōſo ꝛc̄. Deſcēdit eniꝫ ꝛ quieuit ſpiritus ſanctus ſuper eū in ſpecie columbe: ꝛ vox patris itonuit. Hic ē filius meus ꝛc̄.

De ieiunio ꝛ tentationibus paſſis a domino in deſerto.

Poſtq̄ꝫ dn̄s Jeſus fuit baptizatus incōtinenti ꝑrexit i deſertū ſuper quēdā montē ubi ꝓpꝛie dicitᷣ carētena: ꝛ ieiunauit quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus. Reſpice aīa chꝛiſtiana quomodo uadit Jeſus i ſolitudineꝫ: ieiunat oꝛat uigilat iacet ꝛ doꝛmit i plana terra ꝛ hūiliter cū beſtijs ꝯuerſatur. Nam quatuoꝛ hic tanguntᷣ que ſpiritualis exercitij ſūt: ꝛ mirabiliter ſe adiuuāt. ſ. ſolitudo ieiuniuꝫ oꝛatio ꝛ afflictō coꝛpoꝛis. Et ꝑ iſta marie peruenire poteris ad coꝛdis puritatē: que puritas nimiū ē ꝑoptanda eo ꝙ omnes uirtutes quodāmodo compꝛehendit. Continet enim charitatem humilitatem patiētiaꝫ

⁊ ceteras virtutes ⁊ remotōꝫ oiuꝫ viciorum: quia cum viciis vl' defectu virtutis nō ſtat puritas cordis. Eſt enim puritas cordis talis ꝙ ꝑ eam meretur homo videre deum ſicut dicit dñs in euangelio. Beati mundo corde qm̄ ipi deū videbūt. Ipſum autem dñꝫ ſepe i hac ſolitudine cōſidera cōſpiciēs qualiter iacet de nocte i terra. Quelibꝫ eiꝫ aia fidelis deberet euꝫ ſemel in die ad minus viſitare maxime ab epyphania vſqꝫ ad quadraginta dies quibus ibi mãſit. Completis autem xl. diebus dñs eſuriuit. Tūc tentator acceſſit volens ꝓbare eū vtrū eſſet filius dei. Tētauitqꝫ eū de gula dicēs. Si filius dei es dic vt lapides iſti panes fiant. Sed nō potuit magiſtrum decipere. Taliter eiꝫ rñdit ⁊ ſic ſe habuit ꝙ nec ſcire potuit aduerſarius quod volebat. Nō eiꝫ negauit nec aſſeruit ſe eſſe filiū dei ſed cum auctoritate ſcripture conuicit. Et nota exemplum domini ad reſiſtenduꝫ gule. Nā ab ipa abſtinētia ichoãduꝫ ē ſi vicia volumus ſuperare. Unde dicitur ꝙ qui gule ſuccūbit imbecillis ad alia vicia deuincenda vel deuitãda reddat. Sicut eiꝫ dicit gl. ſuper Math. Niſi prius gulã refrenet fruſtra contra alia vicia quis laborat. Poſtea dyabolus aſſumpſit eum ⁊ portauit in hieruſalem. Conſidera hic benignitatem ⁊ patiētiã dñi. Permiſit enim ſe portare ⁊ pertractari ab illa cruenta beſtia q̄ ſuū ſanguinē ⁊ oium amicorū ſuoꝝ ſitiebat: ſtatuēs eū ſupra pinaculum templi tentabat eum de vanagloria. Vidiſti quō dñs Jeſus fuit contractus ⁊ tentatus: non mireris ergo ſi nos tentamur. Deinde duxit euꝫ ſuper monteꝫ excelſuꝫ valde: ⁊ oſtēdit ei omnia regna mundi: ⁊ ibi eum de auaricia tentauit ſed minime ſuperauit.

De admiſtratiōe facta ꝑ ãgelos dño Jeſu chriſto.

Victoria autē facta venerunt angeli ⁊ miniſtrabant ei. Hic autē diligen

ter attende ⁊ cōſpice dn̄m comedentē ſolū circūſtantibus angelis. In mōte illo n̄ erat habitatio hominum nec cibi pati: ſed aliūde angeli parata cibaria portauerūt: ſicut dicitur in libro Danielis. Venerūt angeli in multitudine magna ad dn̄m Jeſū ⁊ adorantes eū prociderūt i terrā dicētes. Salue domine Jeſu deus noſter ⁊ dn̄s nr̄. Et dn̄s humiliter ⁊ benigne recepit eos: ⁊ cū capitis inclinatiōe dicunt ei angeli. Dn̄e multum ieiunaſtis: quid vultis ⁊ vobis paremus? Et ille. Ite ad matrē meā chariſſimā ⁊ ſi hȝ aliquid ad manus deferte: q꞉ nullo cibo ſic libēter veſcor ſicꝰ de ſuis. Tunc duo de ipſis pergētes i momēto fuerūt cū ea: ⁊ eā reuerēter ſalutātes modicū pulmētū qđ ſibi ⁊ Joſeph parauerat ⁊ toaliā cū alijs oportunis portant: ⁊ forte dn̄a aliquos piſciculos procurauit. Reuerſi ergo poſuerūt i plana terra ⁊ menſe benedictionē pagūt. Cōſpice eū bene i ſingulis que agit. Sedet eiȝ in terra cōpoſite ac curialiter ⁊ ſobrie comedūt. Circūſtātes angeli miniſtrabant dn̄o ſuo. Alius ſeruit de pane: alius de vino: alius parat piſciculos: ⁊ alij cantāt de cāticis ſyon ⁊ iocūdant ⁊ diē feſtū habent cū eo: cōſiderantes deuȝ ⁊ dn̄m ſuū ⁊ totius mūdi creatorē qui dat eſcam omni carni. Tandeȝ ſumpta refectiōe dixit angelis vt reportarent res quas acceperāt ⁊ dicant matri ſue ꝙ cito redibit ad eā: ⁊ dixit angelis Redite vos ad patriā ⁊ gaudia veſtra: me aūt pegrinari opȝ adhuc. Rogo eīm vos vt me recōmēdetis prī meo ⁊ toti curie celeſti. Qui ꝓcidentes in terram ⁊ benedictionem petentes redierunt ad patriam.

Quomodo Joānes oſtēdit Jeſū digito ⁊ de reuerſione xp̄i ad matrem.

Dominꝰ autem Jeſus volens redire ad matreȝ cepit de monte deſcendere. Conſpice nunc autem bene euȝ quomodo ſolus va

dit pedibus nudis dominus omnium ⁊ ei vehementer cōpatere. Venit ad Jordanem quem videns Joannes ad ſe venientem oſtendit eū dicēs. Ecce agn⁹ dei ⁊c. Ipſe eſt ſuper quem vidi ſpiritūſanctū quieſcere quādo baptizaui eum. Tūc Andreas ⁊ vnus alius ex diſcipulis Joānis iuerunt poſt ipꝫ. Benignus autem Jeſus ſitiens eorum ⁊ oīum ſalutem vt daret eis de ſe fiduciā ⁊ audaciam vertit ſe ad eos: ⁊ dixit. Quid queritis? At illi dixerūt. Rabbi vbi habitas? Et ipe duxit eos ad domum ſuā in qua tunc ſe reducebat in partibus illis ⁊ ſteterunt vna die cum eo. Poſtea duxit andreas fratrem ſuū Petrum ad Jeſum quē alacriter ſuſcepit. Sciebat eiꝫ qd̓ ō eo facturus eſſet: ⁊ dixit ei. Tu vocaberis cephas. Et ſic i aliqualem noticiā ⁊ familiaritatē venit cum eis. Poſtea volens dominus Jeſus redire in galileam ad matrē diſceſſit a partibus illis ⁊ cepit reuerti. Quē etiā nūc cōpatiendo reſpice ⁊ vade ſemper cū eo: nā ſolus vadit more ſolito. Cū aūt domū deuenit: mater eū vidēs ⁊ vltraq̄ꝫ dici pōt exhilarata ſurgit occurrit ⁊ eū āplectēs recepit. Cui ipe reuerēter ſe inclinauit ⁊ nutricio ſuo Joſeph: ⁊ cū eis more ſolito remanſit.

Meditatio ī die merchurij. Quomō dn̄s Jeſus legit in ſinagoga ⁊ q̄uō cepit paulatim ſe manifeſtare.

Poſtq̄ꝫ dn̄s Jeſus rediit a baptiſmo cōuerſabaẗ humiliter magis q̄ꝫ ante ſolitus erat: cepit tn̄ paulatim ſe manifeſtare aliquibus p̄dicādo ⁊ docendo occulte. Nō eīm per totū ānuꝫ ſequētē p̄dicationis officiū dicitur publice aſſumpſiſſe. Quadā igitur die ſabbati duꝫ erat in ſinagoga.i. in eccl'a cuꝫ aliis ſurrexit ⁊ legit i libro Iſaye locū vbi ſcriptū erat. Sp̄us dn̄i ſup me: pp q̄ miſit me euāgelizare paup̄ib⁹. Et cuꝫ explicuiſſꝫ librū dixit. hec ſcriptura ꝯpleta ē hodie i aurib⁹ vr̄is. Cōſpice igr̄ cū q̄uo hūi

liter ſuſcipiens lectoris offi cium benigno ⁊ placito vul tu legt inter eos ⁊ expoſuit ſcripturā. Et quomō humili ter ſe incipit manifeſtare diuꝫ dicit. Hodie ipleta ē ſcriptu ra: quaſi dicat. Ego ſum ille de quo loquitur. Et ora oiuꝫ intenta erant in eum ꝑpter efficaciā uerborum ⁊ aſpectū humilem ⁊ decorū. Fuit eniꝫ pulcherrimus: fuit etiam elo quentiſſimus. Et de vtroqꝫ ſicut per prophetam dictum fuerat. Specioſus forma ⁊c.

De prima vocatione diſcipu lorū Jo. j. De ſcda Luce. iiij. De tertia Math. iiij.

CEpit etiā dominus Je ſus vocare diſcipulos ⁊ ſe ſollicitum reddere circa noſtram ſalutem ſemper tñ humilitate ſuata: ⁊ vocauit petrū tribus vicibus: Pri ma de qua dictū eſt ſupra qñ erat circa Jordanem. Ex tūc venerant ad aliqualem eius notitiā. Scda de naui qñ ce perūt piſces vt narrat lucas. Tūc eiꝫ ſecuti ſūt eū. Cepe rūt audire doctrinā eius. Ter tia de naui vt narrat Math. cū dixit. Venite poſt me fa ciā vos fieri piſcatores hoiuꝫ Tūc relictis hoibus ſequu ti ſunt eum. Similiter uoca uit Jacobū ⁊ Joānez in ꝑdi ctis duabꝰ uicibus ultimis. Vocauit etiaꝫ Joānē de nu ptijs: ut dicit Hieronimus. Itē uocauit Philippuꝫ di cēs. Sequere me. Similiter ⁊ Matheū publicanuꝫ. De modo uocationis aliorū nō ē ſcriptū. Conſidera igitur ⁊ conſpice eū in predictis uoca tionibus ⁊ conuerſatione cū ipis qūo affectuoſe uocabat eos reddens ſe eis affabilem domeſticū benignum ⁊ obſe quioſū. Attrahens eos itus ⁊ extra: ducendo eos etiā ad domū matris: ⁊ familiariter vadens ad domū eorū. Do cebat etiā ⁊ inſtruebat eos ⁊ curā de ipis habebat ꝑcipuā ſicut mater dꝰ unico filio ſuo. Dicitur ꝙ beatus Petrus referebat ꝙ quādo in aliquo loco dormiebat cuꝫ eis ſurge bat dꝰ nocte ⁊ recooperiebat eos. Sciebat eiꝫ qd de ipſis erat facturus. Et qꝫuis eſſet

hoies rudis ꝯditionis ⁊ bu
miliatōis tñ pꝛicipes mūdi ⁊
duces belli ſpiritualis oium
fideliū ꝯſtituturus erat. Cō
ſidera hoc ideo a quibus ice
pit eccleſia. Noluit eiꝫ domi
nus eligere ſapiētes ⁊ potē/
tes hui⁹ ſeculi: ne ipoꝝ ꝓbi
tati aſcriberent eoꝝ opera q̄
fiēda erāt. Sibi hoc ſeruauit
⁊ ſua bonitate potentia ⁊ ſa
piētia redemit.

De mutatiōe aque in vinuꝫ
facta ad nuptias.

QUāuis dubiū ſit cui⁹
fuerint nuptie facte in
chana galilee ſicut magiſter
ſcholaſtice hiſtoꝛie tāgit: nos
tamē meditemur fuiſſe Joā/
nis euāgeliſte: ⁊ ſicut i ꝓlo
go ſup Joānē affirmat ꝙ in
eis dña noſtra fuit nō tanq̄ꝫ
iuitata ⁊ extranea ſed qꝛ ma
ioꝛ ⁊ dignioꝛ ⁊ pꝛimogenita
iter ſoroꝛes fuit ibi i domo ſo
roꝛis quaſi in domo ſua: ⁊ tā
q̄ꝫ adminiſtratrix ⁊ dña nu/
ptiarū qd̄ ex tribus colligere
poſſumus. Pꝛimo ex eo ꝙ
i euangelio continetur ꝙ ma
ter Jeſu ibi erat: ſed ⁊ de di
ſcipulis ⁊ Jeſu qui fuerunt ⁊
ſic de alijs qui ibi fuerunt itel
ligi poteſt. Cum ergo ſoroꝛ
ei⁹ Maria Salome vxoꝛ Ze
bedei iuiſſet ad dñam in naza
reth quando volebat facere
nuptias filio ſuo Joāni illa
benedicta glorioſa ⁊ regina
mūdi iuit cuꝫ ea: ⁊ ꝯuenit ꝑ
aliquot dies ad ꝑparationeꝫ
nuptiarum: ita ꝙ quādo alij
fuerunt inuitati ipſa erat ibi.
Scdo ex eo ꝙ colligere poſ
ſumus ꝙ ipa ꝑpendit de de/
fectu vini. Unde nō erat ſi/
cut vna de diſcūbentibus ſꝫ
ſicut ꝑ vnius manus tranſi/
bāt res: ⁊ vidit ſibi deficere
uinum. Si enim tūc diſcu/
buiſſet nūquid iuxta filium i/
ter homies mater uerecūda?
Sed ſi alibi inter mulieres
nūquid perpendiſſet defectū
uini pluſq̄ꝫ alij? Sꝫ ſi ꝑpēdiſ
ſet nūquid ſurrexiſſet de prā
dio ut iret ad filiū? Incōue/
niētia hec videnẗ. Et ideo ve
riſſime ē credēdū ꝙ nō diſcu
buerit. De ipa nāqꝫ dicit ꝙ
erat valde obſequioſa. Ter/
tio colligit ex eo ꝙ ipa ꝑce/
pit miniſtris vt irēt ad filiuꝫ

ꝛ facerēt qđ mādaret. Et ſic videt̃ ꝙ nuptie gubernabāt̃ p eā: ꝛ iō ſollicita fuit ne de‑ fectus ibi ꝯtingeret. Igit̃ ƀʒ hūc modū cōſpice Ieſū iter alios comedētē ſicut vnum quaſi de populo ꝛ ſedentem i loco humili nō inter maio‑ res: nō eniʒ ſupboꝛuʒ moꝛe volebat pꝛimos recubitus. Nā docturus erat impoſte rū. Cū iuitat⁹ fueris ꝛc̃. Itē pꝛio cepit facere q̄ʒ docere. Cōſpice etiā dominaʒ obſe quioſā alacrē ꝛ ſollicitā in cū ctis oꝛdinate ſiēdis: ꝛ ꝑbētē ac oſtendētē miſtris quid ꝛ qualiter diſcumbētibus defe rant. Cūqʒ ante finē cōuiuij redirēt ad eā miſtri dicētes. Nō habem⁹ plus đ vino qđ apponam⁹ eis. Ipā gloꝛio ſa mater rn̄dit. Ego ꝓcura‑ bo ꝙ habebitis: expectate parumper. Et iuit ad filiū q (vt dixi) humiliter ſedebat i fi ne mēſe pꝛope hoſtium came re: ꝛ dixit ei. Fili mi vinum hic deficit: ꝛ qꝛ hec ſoꝛoꝛ n̄ra paup̱ ē neſcio qualiter habe‑ re poſſumus. Rn̄dit Ieſus mr̄i. Quid mihi ꝛ tibi ē mu lier? Dura videt̃ rn̄ſio: ſʒ ad n̄raʒ iſtructiōʒ fuit ƀm Ber. Sicut dicit i ſermone in epy phania: quid tibi? Ait illi. Nōne qđ filio ꝛ mr̄i? Quid ad illā ꝑtineat queris cuʒ ſis bn̄dictus fructus vētris ſui imaculati? Nōne illa ē q̄ ſal‑ uo pudoꝛe te cōcepit: ꝛ ſine coꝛruptione te peperit: in cu ius vtero nouē mēſibus mo ratus es: cui⁹ virgineis vbe ribus lactat⁹ es: cū qua duo‑ deciʒ ānoꝝ factus de hieru‑ ſalēʒ deſcēdiſti ꝛ ſubditus illi fuiſti? Nūc ergo dn̄e qd mo leſt⁹ es illi dicēs. Quid mihi ꝛ tibi ē mulier? De hac rn̄ſi‑ one mr̄ n̄ diffidēs ſʒ đ ſua be nignitate ꝑſumens redijt ad miniſtros: ꝛ dixit. Ite ad fi‑ liū meū ꝛ qcquid dixerit vo‑ bis facite. Deinde dixit dn̄s Ieſus miſtris. Implete hy‑ driās aq̄. Qui cūtes ipleue rūt iuxta dn̄i mandatū hy‑ drias. Quo facto dixit eis. Haurite nūc ꝛ ferte architri clino. In hoc autē duo notā tur. Pꝛimū diſcretio dn̄i in hoc ꝙ pꝛio magis honoꝛabi li viro dedit. Scd̄m ꝙ ipſe

ſedebat lõge ab eo cũ dice/ret forte illi quaſi ab eo remoto. Sed cũ ille ſederet i loco magis honorabili colligere poſſumus ꝙ dñs nolens ibi ſedere nec iuxta eũ elegit ſibi locũ hũiliorẽ. Miniſtri vero dederũt: ꝛ crediderũt i eũ diſcipuli eius.

De vocatiõe Joãnis euãgeliſte de nuptijs.

Finito aũt cõuiuio dominus Jeſus vocauit Joãnez ſeorſũ dicẽs. Dimitte hanc vxorẽ tuaz ꝛ ſequere me qꝛ ad altiores nuptias te ꝑducã. Qui ſequutus ẽ euz. Jn hoc ergo ꝙ dñs nuptijs iterfuit matrimoniuz carnale approbauit tanq̃z a deo inſtitutũ. Sꝫ i hoc ꝙ vocauit Joãnez de nuptijs aperte dedit itelligere ꝙ lõge dignius eſt ſpũale mr̃imoniũ q̃z carnale.

Quomõ iuit dñs Capharnaũ cũ mr̃e ꝛ diſcipulis ſuis.

Receſſit ergo inde dñs Jeſus volẽs ad ſalutẽ oiuz holuz deciceps publice ꝛ palã itẽdere. Pri⁹ aũt voluit reducẽ mr̃ez i domũ ſuã. Talẽ eiꝫ matrẽ talẽ ſocietatẽ decebat. Accepit ergo eã ꝛ Joãnez ꝛ diſcipulos alios ꝛ iuerũt capharnaũ ꝓpe nazareth. Conſpice ergo eos per viã qual'r vadũt ꝛ pedeſtres ſꝫ multũ honeſte ꝛ pulchre. O quales duo ſũt illi: nũq̃d alij duo tales i terra viſi ſunt vel fuerũt. Cõſpice etiã diſcipulos ſequẽtes ꝛ auſcultãtes verba dñi. Nõ eim erat ipe ocioſus.

De ſermone dñi in monte.

Conuocatis dñs diſcipulis ſuis ſeorſũ aſcendit cũ eis i mõte tabor vt eos ibueret colloquijs ſuis. Decebat eiꝫ ꝙ eos prius ꝛ ſuper alios iſtruẽt quos ſuꝑ alios iſtituturus erat magiſtros ꝛ duces. Tunc ergo de multis eos iſtruxit: ꝛ ꝑmo ille opulẽtiſſimus fuit ꝛ copioſus: nec mirũ quẽ os dñi cõpilauit. Cõſpice ergo dñꝫ i terra ſedẽtẽ humil'r ſuꝑ illo mõte ꝛ diſcipulos circa eũ. Stat iter eos quaſi vn⁹ ex eis. Et q̃ñ affectuoſe benigne pulchre ꝛ efficacit̃ loq̃r eis idecẽs eos

ad debitos actus virtutuʒ: ⁊ ſemꝑ reſpice ⁊ cōſidera faciē eius. Reſpice etiam diſcipu/los quō reuerēter ⁊ tota mētis attētione aſpiciūt i vnum ⁊ auſcultant illa verba mirifica ⁊ ea memorie ↄmendāt: ⁊ iocūditate magna fruūtur tā i verbis q̄ʒ in aſpectu. In hac ↄſideratiōe iocūderis ⁊ tu aſpiciēdo ac ſi eū videres loquētē: ac ꝓximādo eis ſi forte vocatus immorando ibidē fueris. vt dn̄s etiam te doceat. Completo vero ſermone conſpice ipm dn̄m Jeſuʒ vna cum ipſis diſcipulis deſcendenteʒ de mōte ⁊ quō eū ſequūꝛ diſcipuli ſicut pulli gallinā: cui glibet vt melius audiat nitiꝛ approximare. Et etiā quō turbe affectuoſe ſibi occurrūt: ⁊ iſirmos ſuos ei/dē ſanādos offerūt. Ipſe vero ſanabat eos.

De ſeruo cēturiōis a domino curato.

Capharnaū erat quidā centurio. i. dominus cētum militū. Miſit ergo fide plenus ad dn̄ʒ Jeſū vt ſeruū curaret. Humilis aūt dn̄s reſpōdit. Ego veniā ⁊ curabo eū. Quod cū ſciuit centurio miſit ad eū dicēs. Domine nō ſū dignus ⁊c̄. Jeſus aūt fidem illius videns non iuit vlterius ⁊ ſeruū abſenteʒ ſanauit. Cū in ciuitate predicta eſſet quidā regulus qui iuit ꝑſonaliter ad Jeſum rogans eū vt veniret ad domū ſuam ⁊ ſanaret filium ſuū: dn̄s Jeſus ire noluit filiū tn̄ ſanauit. In his cōſidera meritū fidei ꝓpter centurionē ⁊ humilitatē dn̄i volētis ire ad ſeruum: ⁊ refugiētis pōpā Reguli. Plus honorauit hic dn̄s ſeruū militis q̄ʒ filiū regis. Sic nos debemus non ad aliud ſeruire nec ꝑʒ exigētiā exterioris pōpe ſed ſm̄ neceſſitatem vel bonitatē eius qui ſeruitio indiget: ⁊ nō ad ↄplacētiam ſed ex caritate ſeruiamus.

De paralitico miſſo ꝑ tectū ⁊ a dn̄o liberato.

In ciuitate predicta Capharnaum cum dominus Jeſus doceret in quadā domo ⁊ eſſent ibi congrega

ti pharisei ⁊ legis doctores multi ex omni castello Judee hierusalē ⁊ galilee uenerunt quidā uolētes igredi domū cū paralitico quē portabant ut a domino sanaret. Cūqꝫ ꝓpter multitudinē ñ posset ascēderūt super tectuꝫ dom⁹ ⁊ inde intromiserūt eū ⁊ posuerūt ante Jesuꝫ. Dñs uero Jesus uidēs fidē illoꝝ dixit paralitico. Dimittūt tibi peccata tua. Ipsi auteꝫ pharisei ⁊ legis doctores obseruabāt eū ex malicia. Dicebāt enim itra se ipm blasphemasse deū quia solus deus potest peccata dimittere: ⁊ ipse hec attribuebat sibi quem purum hominem esse credebant. Ait ergo benignus ⁊ humilis dominus scrutās corda ⁊ renes hōium. Quid cogitatis mala in cordib⁹ uestris: Et addidit. Ut sciatis quia fili⁹ hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: dixit paralitico. Surge ⁊ ambula. Ille autem incontinenti liberatus surrexit ⁊ omnes stupor inuasit. Hic potes cōsiderare plura bona ⁊ pulchra. ¶Primum quia ex hoc fuit cōuicta cecitas iudeoꝝ. Nam manifeste potuerūt cognoscere dominuꝫ Jesuꝫ eē deum qui dimittebat peccata. Secundum quia ꝓpter peccata ueniunt aduersitates ⁊ infirmitates: ⁊ ex solutōne peccatorum solet frequenter accidere liberatio ⁊ sanatio corporū. Sicut hētur de curato ad piscinaꝫ cui dicitur a dño ne āplius peccet ne deteri⁹ sibi ꝯtingat. Tertiū cōsidera qꝛ magnuꝫ meritū sit fides. Nā ⁊ alterius fides alteri ꝓdest. Hoc quotidie cōpetit pueris qui baptizant: q si ante discretōis annos moriant i alterius fide suscipiūt gratiā: ⁊ post i merito christi saluant.

De socru Symonis liberata a dño.

Contigit dominuꝫ Jesum in ciuitate predicta capharnaū diuertere i domū Symonis petri ubi socrus petri tenebatur magnis febrib⁹. Humilis ergo domius familiariter tetigit manum eius ⁊ curauit eam: ⁊ inconti

nēti ſurrexit ⁊ ei ⁊ diſcipulis miſtrauit. Sed qd miniſtrauit nō ē ſcriptū. Cogita ergo ꝙ i domo pauperis diſcipuli comedit paupꝑtatis amator aliqua cibaria groſſa que cito parari poterāt. Cōſidera ergo dn̄z Jeſum iuuātem preparare in domo diſcipuli ſui. Talia eniz faciebat humilis magiſter qui miniſtrare venerat ⁊ nō miniſtrari. Et ſe familiartier ad ſedēdū ponebat in medio mēſe ⁊ comedebat alacriter: p̄cipue q2 in prandio relucebat paupꝑtas quā ſic amabat.

De dormitōe dn̄i i nauicula.

Intrās dn̄s Jeſus in nauicula cū diſcipulis ſuis poſuit ſe ad dormiēduz tenēs caput ſuper ceruicali. Jpſe enim vigilabat d̄ nocte in oratione: multumq3 in die in p̄dicationibus laborabat. Cūq3 dormiret orta tēpeſtate diſcipuli periclitari timebāt: ſed nō audebāt eū excitare. Timore autē coacti excitauerūt eū dicētes. Dn̄e. ſalua nos: perimus. Qui ſurgēs increpauit eos d̄ modica fide ⁊ impauit mari ⁊ ventis ⁊ ceſſauit tēpeſtas. Hic ꝯſiderare potes ꝙ lz videat nobis ꝙ dn̄s circa facta noſtra dormiat quaſi nō curās d̄ nobis maxime quādo tribulamur: ip̄e tn̄ diligētiſſim⁹ ē ſup cuſtodia noſtra: ⁊ idcirco d̄bemus eē i fide ꝯſtātes.

De filio vidue a dn̄o ſuſcitato.

Cum ſemel iret Jeſus verſus ciuitatez naym obuiauit multitudini hōium portātiū quēdā Juuenē mortuū filiū vidue ad ſepulchrū. Pietate cōmotus pius Jeſus tetigit pheretrū ⁊ portātes ſteterunt. Jpſe dn̄s ait. Adoleſcēs tibi dico ſurge: ⁊ ſtatim ſurrexit q fuerat mortu⁹ ⁊ reddidit eū matri ſue. Oēs aūt ſtupuerūt ⁊ laudauerūt deū.

De puella ſuſcitata.

Ad petitōz cuiuſdā pricipis ibat dn̄s Jeſus cū eo ad ſanādū quādā puellaz. Cūq3 turba magna iret

cū co:itus erat quedā mulier grauiter infirma que dicitur fuiſſe Martha ſoror marie magdalene que itra ſe dicebat. Si tetigero tātū fimbriā veſtimenti eius ſana ero. Et cū timore appropiās tetigit ⁊ liberata ē. Dixit āt dn̄s Jeſus. Quis me tetigit? R̄n̄dit Petrus. Dn̄e: turbe cōprimūt te ⁊ tu dicis qs me tetigit. Uide hic patiētiā dn̄i. Nā cōprimebat a turbis q̄ volebāt ei approximare. Jeſus aūt ſciebat quid dicebat: ⁊ iterū dixit. Sēſi virtutem ex me exiſſe. Tūc martha factū miraculū publicauit. Libēter eā dn̄s curauit cū qua poſt multā familiaritatē habuit: ⁊ tūc dixit ei. Fides tua te ſaluam fecit. Jn hoc ergo miraculo habes fidei cōmendatōez: habes ēt quoddā notabile ad hūilitatis cuſtodiā ſicut dicit beatus ber. Quilibet dn̄o pfecte ſeruiēs pōt appellari fimbria quaſi vltia pars veſtimēti dn̄i ꝑpter ſuaꝫ humilē reputationē. Qui ergo ad tātū ſtatuꝫ peruenerit ꝙ ſciat ſe a dn̄o exaudiri i liberandis infirmis vel alijs miraculis nō extollat ꝑpter ea quia non ip̄e ſꝫ dn̄s facit. Quāuis eniꝫ Martha tāgeret: ad cuius tactū ſe liberari cōfidebat ⁊ ſic cōtigit: nō tn̄ a fimbria ſꝫ a dn̄o virtus liberatōis exiuit. Et ꝑpterea ip̄e dixit: ſenſi virtutē ex me exijſſe. Tandē dn̄s Jeſus iuit ad domū pricipis ⁊ illius filiaꝫ quā iuenit mortuā ſuſcitauit ⁊ ſanauit.

De ꝯuerſiōe Marie magdalene.

Orialiſſimus domin⁹ iuitatus quadam die a Symone leproſo iuit ad prādēdū cū eo: qđ facere ſolitus erat: tū ex ſua curialitate: tuꝫ ex ſua benignitate ⁊ ȝelo quē habebat ad ſanādas aias ꝓ quibus de celo deſcenderat. Unde comedēdo cū hōib⁹ ⁊ cōuerſando cū eis ad amorē ſuuꝫ attrahebat. Nā ipſe pauperrimus erat: ⁊ d̄ mūdi huius ſubſtātia ꝓ ſe ⁊ ſuis nihil ſūpſerat. Hūiliter ergo dn̄s ⁊ cū gratiaꝝ actōe ſpeculū humilitatis Jeſus cum iuitabat recipiebat ꝓ loco ⁊

tēpore. Audiēs āt Magdalena q̄ i domo Symōis ad prādiū recūberet que iā forte ipm predicātē audierat ⁊ ardēter lʒ hoc nōdū ꝓpalaſſet tacta dolore cordis itra ſe ꝓ pctis ſuis et amoris ei⁹ igne ſucccenſa ꝯſiderās q̄ ſine ipo ſalutē obtinere nō poterat: ⁊ amplius differre nō valens ꝑrerit ad locū cōuiuij: facie qʒ inclinata ac oculis i terrā demiſſis ante cōuiuas tranſiens nō quieuit donec ꝑuenit ad dominū ⁊ ad dilectum ſuū. Et illico ad pedes eius ꝓſtrata uiſceroſe dolore pariter ⁊ rubore repleta d̄ peccatis ſuis procūbēs: ⁊ vultu ſuꝑ ipſius pedes cū cōfidentia quadā inclinato (q: iā ſuꝑ oia eum diligebat) cepit fletibus ⁊ ſingultibus abūdare ⁊ tacita itra ſe dicere. Domine mi firmiter credo ſcio atqʒ cōfiteor vos deū ac domi nū meū eē. In multis autē ⁊ magnis offendi maieſtatem veſtrā. Peccaui i omnez iuſticiā veſtrā: ⁊ multiplicaui peccata ſuꝑ numerum arene maris: ſʒ ad veſtrā misericordiā cōfugi in qua ego peccatrix doleo ⁊ cōpūgor: veniā peto emēdare parata ⁊ nunquā a veſtra obediētia diſcedere itēdo. Nō patiar queſo repulſaʒ a vobis q: aliud refugiuʒ non me habere poſſe credo nec habere volo: quia vos ſolū ſuper oia diligo: nō ergo me repellatis a vobis. Interim autē lachryme decurrētes largiter pedes dn̄i balneauerūt ⁊ lauerunt. Dn̄i hic manifeſte videre potes q̄ dn̄s Jeſus ibat diſcalciatus. Tandē a fletu ceſſans: ⁊ cū ꝑpēdit idignū reputās q̄ ſue lachryme pedes dn̄i contigiſſent: capillis ſuis abſterſit. Ideo autē capillis q: ſecū aliud p̄cioſius nō hēbat quo eos tergeret: ⁊ etiā q: ca ꝑbus ad vanitatē vſa fuerat ad vtilitatē cōuertere intēdebat ⁊ amore creſcente oſculabat eos amantiſſime ⁊ ſepe: q: ēt ipſius pedes dn̄i ꝓpter itinera calidi erant vngebat eos p̄cioſo vnguēto. Cōſpice ergo bene ipſā ⁊ ſuper his moroſe mediteris ob deuotionez eius que ita ſingulari

ter a dño fuit dilecta: τ etiaꝫ
q꞉ ſolẽne fuit hoc feſtũ val/
de. Cõſpice τ dñm Jeſũ q̃ꝫ
benigne ſuſcipit τ q̃ꝫ patien
ter ſuſtinet qcqd facit. Ceſ/
ſat τ qeſcit a comedẽdo do/
nec negociũ cõpleat: ceſſant
cõuiue τ oẽs ſuper hac no/
uitate mirant. Sed nũc ve/
hemẽter indicauit ille Sy/
moni i corde ſuo ꝙ a tali femi
na ſe ꝑmittebat tangi quaſi
nõ eſſet ꝓpheta nec cogno/
ſceret eã. Dñs autẽ cogita/
tionibus cordis eius rñdens
ſe verũ oſtẽdit ꝓphetam: τ
exẽplo duorũ dbitorũ ↄuicit.
Et volẽs aperte monſtrare
ꝙ oia i dilectiõe cõſũmũtur
dixit. Dimittũtur ei peccata
multa quoniã dilexit me mul
tũ. Et ad eã dixit. Vade i pa/
ce. O v̄bũ dilectabile τ ſua/
ue qđ libenter Magdalena
audiuit: τ q̃ꝫ iocunda receſſit
ꝑfecte ad deũ ↄuerſa: deinceps
honeſte τ ſancte vixit. Me/
ditare ergo hic diligẽter τ tã
tã charitatẽ imitari coneris
que hic marie v̄bo τ opere a
dño cõmẽdat. Hic etiã expſ/
ſe habes ꝙ charitas iter deũ
τ hoĩes pacẽ reformat. Vñ
beatus Petrus dicit ꝙ cha
ritas operit multitudinẽ pec
catorũ: ita ꝙ cũ charitate oẽs
v̄tutes iformat: nullaqꝫ deo
placent ſine charitate. Ergo
ad ipam habẽdã tota virtu
te niteris que tuo ſpõſo Je/
ſu te acceptum faciat.

Quomodo Joannes miſit diſcipulos ſuos ad Jeſum.

GLorioſus miles τ p̄/
curſor dñi Jeſu Joan
nes baptiſta cũ eẽt i vincu/
lis incarceratus ab herode
propter iuſticie defẽſionẽ: q꞉
redarguebat eũ: quia tene/
bat vxorẽ fratris ſui viuẽtis:
volẽs iducere diſcipulos ſu
os vt ſequerẽtur dñꝫ Jeſum
cogitauit eos ad ipꝫ mitte/
re vt auditis verbis τ viſis
operibus eius exardeſcerẽt i
a morẽ ei᷒ τ ſequerent eũ.
Iuerũt ergo ad eũ τ ex pte
Joãnis dixerũt ei. Tu es qui
vẽturus es an aliũ expecta/
mus? Dñs Jeſus magnam
turbã tũc hẽbat corã ſe. Cõ
ſpice bñ ipꝫ quõ vultu placi/

do recepit nūcois Joānis: ꝛ quō ſapiēter primo factis. ꝛ poſtea verbis rñdit. In eoꝝ igiẗ pñtia ſanauit ſurdos mutos ꝛ cecos ꝛ alia multa miracula fecit ꝛ populo p̄dicauit: ꝛ poſtea inter alia dixit illis. Ite ꝛ renūciate Joāni que audiſtis ꝛ vidiſtis. Iuerūt igiẗ ꝛ renūciauerūt Joāni q libētiſſime audiuit. Illi aūt diſcipl'i (vt pie poſſumꝰ meditari) poſt mortē Joannis chriſto firmiter adheſerūt. Dñs autē Jeſus poſt illorū acceſſuꝫ valde Joānem cōmēdauit: collaudās eū de multis dicēs ꝙ erat ꝓpheta ꝛ pluſq̄ꝫ ꝓpheta: Et ꝙ inter natos mulierū eo nō ſurrexit maior: ꝛ de alijs vt i euāgelio habes. Tu ergo cōſpice dominū Jeſū ſemp ꝛ dū p̄dicta miracula facit.

De obitu beati Joannis baptiſte.

Hic pōt currere meditatio de ipiꝰ ſcti Joannis baptiſte ꝛ precurſoris morte. Cū igiẗ ille herodes nequiſſimus ꝛ adultera illa peſſima femina ſimul ſorte dixiſſent ipm occidere vt peccati ſui redargutorē nō hērēt ꝯtigit vt i die ꝯuiuij ſaltanti miſere filie ipius herodiadis dareẗ caput ſancti Joānis: et ſic i carcere decollatus ē. Vides q̄lis hō ꝛ qua muliere regnāte ꝛ iperāte nequicia occubuit. O deus q̄liter hoc fieri pmiſiſti? Quid eſt hoc cogitare ꝙ taliter moriatur Joānes q tāte pfectiōis erat ꝛ ſanctitatis vt putareẗ eē chriſtus. Igiẗ ſi vis hoc negociū bñ ruminare cogita prio nepharia opa eorū ꝛ cogita Joānis magnitudinem ꝛ excellētiā ſingularē ꝛ tunc poteris capere. Audiſti in ſuperiori tractatu q̄liter fuit a dño ꝯmēdatꝰ i multis: audi nūc q̄liter ꝯmēdat eū bñus Ber. i quodā ſermōe ſic dicens. Illa mater ꝛ magiſtra oiuꝫ eccl'aꝝ romana eccleſia d̄ q̄ dictū ē: ego ꝓ te rogaui petre vt ñ d̄ficiat fides tua: i honore eeſt Joānis baptiſte pp ſaluatoris nomē ꝯſecrata ꝛ ꝯſignata. Dignū nāqꝫ

ſuit vt ſingularē amicū ſpōſe ſibi ꝑucheret, vbi pꝛīcipiū ip̄a aſſūpſit. Crucifigit petrus: Paulus gladiatur ſ; tamen dignitas pmanet p̄curſoꝛi. Purpurat̄ Roma multitu dine martyrū: ſublimitas to ta refūdit̄ beato patriarche Joāni. Joanne vbi maioꝛ? In oib⁹ ſingularis: mirabi lis ſup oēs. Quis ſic gloꝛio ſus auctoꝛitate eſt? Quis ſic ſpecialiter i vtero matris ſpū ſancto legit̄ fuiſſe repletus? Quē legiſtis itra matris vte rū exultaſſe? Quis igit̄ ita le git̄ ſublimi ꝯuerſaſſe? Quis penitētiā ⁊ regnū celoꝛū oſtē dit? Quis regē gloꝛie bapti zauit? Cui tale teſtimoniū ꝑ hibuit Jeſus chꝛiſtus? Quē ſic honoꝛauit eccleſia? Joan nes patriarcha imo patriar charū finis ⁊ caput: Joānes ꝓpheta imo pluſq̄ꝫ ꝓphe ta. Quis quē veniētē nūciat digito demōſtrat? Joannes āgelus ſ; īter āgelos electus ſaluatoꝛe atteſtante q̄ dicit. Ecce ego mitto āgelū meuꝫ ⁊c. Joānes ap̄l'us ſed apo ſtoloꝝ pꝛimus ⁊ pꝛinceps q̄ ſuit a deo miſſus. Itē euāge liſta ſ; euangelij pꝛimus oſtē ſoꝛ p̄dicās euāgeliū regni. Joānes virgo imo virgini tatis iſigne: pudicitie titulus caſtitatis exemplū. Joannes martir ſ; martirū lumē ⁊ foꝛ ma. Ipe vox i deſerto clamā tis: p̄curſoꝛ ſaluatoꝛis: preco verbi. Nam ad hunc talem mittitur ſpiculatoꝛ vt ampu tet caput ac ſi eſſet aliquis vi liſſimus ac peſſimus homi cida. Conſpice igitur euꝫ re uerenter ⁊ cum doloꝛe quali ter ad iuſſum vilis ⁊ neq̄ꝫ ſpi culatoꝛis colluꝫ parat: humi liter genuflectit: ⁊ gr̄as deo agens ponit ſacratiſſimum caput ſuum ſuper aliquo trū cho vl' lapide ⁊ patiēter ict⁹ ſuſtinet quouſq; totalit̄ ab ſcidat̄. Ecce q̄uo vadit Jo annes amicus intimus dn̄i Jeſu conſanguineus ⁊ diſci pulus maximus ſecretarius. Vere magna eſt cōfuſio no bis ꝙ patientiam i vllis ad uerſitatibus non habemus. Joannes innocens talē moꝛ teꝫ ſuſtinuit patienter: ⁊ nos plerūq; peccatis aggrauati

ꝛ ira dei digni nō poſſumus
ꝛ paruas iniurias ſuſtinere:
nec etiā verba tollerare. Do
minus autē Jeſus erat tunc
i partibus illis: ſed nō i terra
illa. Cū obitus eius fuiſſet ei
nunciatus fleuit pius Jeſus
pugilem ſuū ꝛ cōſobrinū.
Fleuerunt ꝛ diſcipuli eius:
fleuit ꝛ beata virgo Maria
que ipm natū d̓ terra leuauit
ꝛ tenerrime cū dilexit: ſꝫ dn̄s
ꝯſolabat̄ matrē ſuam. Ipſa
ꝓo dicebat. Fili qr̄ n̄ d̓fēdiſti
eū ne ſic moreret̄? Et dn̄s ad
eā. Reuerēda mater nō expe
diebat talis defēſio. Nā ipe
ꝓ patre meo mortuus eſt ꝛ
ꝓ defēſione iuſticie: cito āt
erit ꝛ eius gloria. Ipſe enim
pater nō intēdit ſuos defen
dere tali modo in hoc mun/
do: qꝛ nō ſunt hic morituri:
nec ipoꝝ patria hec ē ſed in
celis. Joānes ſolutus ē a vin
culis corporis: nō ē mortu⁹
ſꝫ euaſit mortē. Igit̄ cōſole/
ris chariſſima mater qꝛ Joā
ni ſēp erit bene. Poſtea ali/
quib⁹ diebus elapſis diſceſ/
ſit dn̄s Jeſus de ꝑtibus illis
ꝛ rediit i galileā. Tu āt ꝓdi
ctis omnib⁹ te p̄ntē exhibe/
as: ꝛ ea mediteris deuote:
quocūqꝫ dn̄s ierit eū ſeq̄re.

De locutōe domini Jeſu cū Samaritana.

Dū dn̄s Jeſus a Ju/
dea i galileā rediret trā
ſiuit per ſamariam fatigat⁹
ex itinere. Cōſpice ideo eum
hic quomō fatigatus plane
incedit. Sepe fatigatus eſt ꝛ
tota vita ipſius laborioſa fu/
it. Poſuit ergo ſe ad ſedēdū
ſup quēdā puteū ꝛ qeſcebat.
Diſcipuli autē iuerūt ad ci/
uitatē querēdū cibos. Venit
ergo mulier ſamaritana pro
aqua ad ipſū puteū. Dn̄s aūt
cū ea cepit loqui ꝛ d̓ magnis
factis tractare ꝛ ſeipm eidē
māifeſtare. De quib⁹ āt me/
ditare tu qūo cū ea loquebat̄
hūiliter: ꝛ qualiter diſcipuli
redierunt: ꝛ qualiter ad ver/
bū mulieris ciuitas obuiam
venit: ꝛ qualiter ipe iuit cum
eis. Videas euangeliū ꝛ be
ne cōſidera. Ex iſta eniꝫ hy/
ſtoria quedam pulchra ꝛ vti
lia notantur. Primo nota

humilitatē. d. Jeſu q̄ cū ſolus remāſiſſet humilis dominus diſcipulis i ciuitatē cūtibus cū illa mulicrcula ſola de tā magnis factis ſic tractabat humiliter ac d̄ pari loquebāt adiuicē. Nō eiꝫ dedignabatur eam: ſed talia cū ea dicebat quaſi ſi multis ſapiētiſſimis reſpōdiſſet. De talibꝰ etiā magnū fuiſſet. non ſicut ſuperbi faciūt. Si eiꝫ ābitioſa verba fudiſſent inter paucos ea pdita reputarēt: nec illos iudicarēt dignos ſuſcipere verba ſua. Scdo paupertatēꝫ ipius ⁊ corporis afflictōꝫ cōſidera: ſed ⁊ humilitas eſt mixta cū eis. Habētur eiꝫ in hoc ꝙ diſcipuli iuerāt in ciuitatē ad querendum cibos ⁊ queſitos portauerūt: ⁊ volebant ꝙ ipſos māducaret. Vide igit̄ qualiter ipe fatigatus ⁊ famelicus deficiebat. Unde hic aperte colligere potes ꝙ humilis dn̄s ac paupertatis amator cū ibat p mūdū ſemper comedebat extra ciuitatē in aliquo riuulo vel fōte q̄ꝫtūcūqꝫ fatigatus vel afflictꝰ eſſet. Non habebat cocta ⁊ exquiſita cibaria: nō vaſa curioſa: nō delicata vina: ſed habebat aquam puram de fonte qui vineas fecūdauit ⁊ fecūdat: ⁊ fontes creauit ⁊ omnia que mouent in aquis: ⁊ panem tāq̄ꝫ pauper in terra comedebat. Tertio conſidera quomodo intentus erat ſtudio ſpirituali. Nam cum diſcipuli eum comedere inuitarent: dixit. Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me: nec voluit manducare ſed expectabat eos qui veniebant de ciuitate vt eis prius predicaret. Conſpice ergo euꝫ in predictis ⁊ eius virtutes ſtudeas imitari.

Quomodo dn̄s Jeſus fuit ductus vſqꝫ ad ſupercilium montis.

Cum rediret dominus a nazareth ⁊ illi ab eo miracula peterent ⁊ ipſe eos indignos miraculis oſtenderet: furore accenſi expulerunt eum extra ciuitatem. Benignus ergo dominus ipos ſu

giebat ꝛ ipſi pſequebant̄ eū. Quid tibi videtur? In tātū furoꝛ eoꝛuȝ exarſit ꝛ excreuit ꝙ ipm̄ vſqȝ ad ſupciliū mōtis duxerunt vt eū ibidē pcipitarent. Dn̄s vero virtute diuina tranſiens per mediū illorū ibat. Et dicit ibi glo. ꝙ cū dn̄s Jeſus de manibus eoꝛū elapſus de mōte deſcenderet ꝛ ſub rupe lateret: ſaxuȝ ſubterfugijt ꝛ locū dedit ei. Cōſpice illū ante illos fugienteȝ ꝛ latentē ſub rupe ꝛ cōpatere afflictionibus ſuis: ꝛ in humilitate ꝛ patiētia ipm̄ imitari coneris.

De cura illius q̄ habebat manum aridam.

Quadā die ſabbati docebat dn̄s Jeſus in ſinagoga ꝛ ibi erat quidā habens manū aridā. Fecit aūt Jeſus eū ſtare i medio ꝛ q̄ſiuit ab illis ſapientibus ſi licebat in die ſabbati benefacere. Ipſi vero tacuerūt. Dixit ergo Jeſus habēti manuȝ aridaȝ. Extende manuȝ tuam: ꝛ ſanatus eſt. Non enim in die feſto a bono eſt abſtinendū ꝛ maxime de operib⁹ charitatis: ſȝ a peccatis ꝛ ab operibus ſeruilibus. At illi ſcandalizabantur multum ꝛ conſpuebant contra eum ꝛ dicebant. Non eſt homo a deo q̄ ſabbatum nō cuſtodiat. Dominus autem propterea non dimittebat imo ſtudioſius faciebat vt eos erueret ab errore. Conſidera ergo ipſum in predictis operatōibus: ꝛ ei⁹ exemplo non ceſſes ab opere bono: nec ceſſare debes propter ſcandalum alicuius.

De multiplicatione panis.

De duab⁹ vicibus legīt ꝙ benignus dominus multiplicauit paucos panes ꝛ exinde multa milia hominum ſatiauit. Tu tamen in vnam redige meditationem: ꝛ in ea conſidera verba ꝛ facta ipſius. Dixit eiȝ tūc. Miſereoꝛ ſuper turbaȝ quia iam triduo ſuſtinēt me nec habēt qđ manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos deficiēt i via. Quidam autem ex eis de lōge venerunt: ꝛ poſtea panes multiplicauit ita ꝙ omēs comederunt abundāter. Conſi

dera ergo hic plura bona: ⁊ ſpecialiter quõ dominus Je ſus erat miſericors: ⁊ miſeri cordia traxit cũ ad ſubueniẽ dum eis. Et ideo dixit miſe reor ſuper turbã. Miſericor dia enim eius plena ẽ terra. Secũdo erat curialis ⁊ gra tus ex cã quã aſſignat quia ecce iquit iaꝫ triduo ſuſtinent me. Vide curialitatẽ ⁊ grati tudinẽ magnaꝫ ⁊ mirabileꝫ. Nã quaſi ꝓ beneficio ab eis recepto ſic loqꝉ. Tertio erat diſcretus ⁊ circunſpectus eo ꝙ cõſiderabat eorũ indigen tiam ⁊ impotentiam qualiter deficere poterat: ⁊ qualiter coruꝫ aliqui ꝺ lõge venerãt. Vide ergo q̃ꝫ ſapida ⁊ q̃ꝫ melliſlua verba iſta fuerunt. Si bene attenderes quanto ꝑfectiores fuerunt apoſtoli ⁊ ſui imitatores: ⁊ co ꝓpiquio res q̃zto humiliores videbis qꝛ nihil ſibi attribuũt niſi mi ſerias peccata ⁊ defectꝰ. Et q̃zto quis ei magis appropin quat tanto magis eſt illumi natus. Et ideo dei magniſi centiam ⁊ eius miſericordiaꝫ clarius videt. Conſpice er go Jeſũ qualiter illos panes accipiẽs ⁊ p̃ri gratias agẽs dedit diſcipulis ſuis vt ap ponerent turbe: ⁊ i manibus eorum ita multiplicauit vt omnes pro ſuo libito come derent ⁊ multa ſuperauerũt fragmenta. Conſidera etiaꝫ qualiter aſpicit illos come dentes ⁊ in iocunditate eorũ letatur. Conſpice etiam illos qualiter ſuper iſto miraculo admirantur. Vnus ad alte rum inde loquitur ⁊ cuꝫ gra tiarum actione manducant.

De fuga domini Jeſu quan do fugit honorem regium.

Poſtq̃ꝫ dominꝰ Jeſus ſatiauit turbas vt in ſu periori tractatu continetur il li voluerũt eum facere regẽ. Conſiderabãt nãqꝫ ꝙ poſſet coruꝫ neceſſitatibus ſubueni re. Dominus autem Jeſus cognoſcens eorum volunta tes fugit ab eis in montem ita ꝙ illi non ꝑpenderũt nec euꝫ tunc inuenire potuerunt. Noluit eniꝫ tunc temporali ter honorari. Nũc vide quõ

vere ⁊ non ficte hūc fugit ho
norē. Miſit eniꝫ diſcipulos
ꝑ mare ⁊ ipſe ſolus aſcēdit i
montem ⁊ ibi ſtetit in oratōe
vſqꝫ ad decimam vigiliam
noctis.i.tres partes noctis
receſſerant ⁊ quarta reſta-
bat. Conſpice ergo eum
qualiter orat ⁊ ſe humiliat
coram patre. Querit ſolita-
ria loca ⁊ ſolus vadit ad ea.
Affligit ſe ⁊ vigilat vigilias
lōgas. Intercedit paſtor fide
lis ꝓ ciuibus ſuis. Orat eīm
non ꝓ ſe ſed ꝓ nobis tanqꝫ
aduocatus noſter ⁊ medita-
tor apud patrē. Orat etiā vt
exemplū orādi nobis daret.
Frequenter inde diſcipulos
monuit. Dicebat nanqꝫ eis
qm̄ oportet ſemꝑ orare ⁊ nō
deficere: ⁊ quomodo ipor-
tunitas orōnis impetrat qđ
poſcit: ꝓponēs eis exemplū
de iudice ⁊ vidua vt habes
in Luca.xviij. Hortabatur
etiā ad confidentiam impe-
trādi petita dicēs. Petite ⁊
dabit̄ vobis. Et hoc dicebat
vt nobis cōmēdaret virtutē
orationis. Eſt quippe vir-
tus eius ineſtimabilis ⁊ effi
cax ad omnia proficua impe-
tranda ⁊ nociua remouēda.
Si enim vis patienter tolle
rare aduerſa vaca orōni. Si
vis tētationes ⁊ tribulatio-
nes ſuperare ſis homo ora-
tionis. Si vis aſtucias ſatha
ne cognoſcere ⁊ eius falla-
cias vitare ſis orationis. Si
vis letanter viuere in opere
dei ⁊ laboris ⁊ afflictionis ni
hil curare ⁊ non timere: ſis
oratōis. Si vis iniurijs ob-
liuiſci ſis orationis. Si vis
vanarum cogitationum mu
ſcas effugare ſis orationis.
Si vis animam tuam ſan-
ctis ⁊ bonis cogitationibus
deſiderijs feruoribus ⁊ deuo
tionibus impinguare ſis ora
tōis. Si vis cor tuū virili ſpi
ritu ⁊ cōſtanti ꝓpoſito i dei
beneplacito ſtabilire ſis ora-
tiōis. Deniqꝫ ſi vis vicia ex-
tirpare ⁊ virtutibꝰ imbui ſis
oratiōis. In ea recipit̄ ſpūſ-
ſancti vnctio que de omni-
bus mentem docet. Item ſi
vis ad cōtemplationē aſcen-
dere ⁊ frui amplexibus ſpōſi
ſis orōis. Si vis celeſtē gu-
ſtare dulcedinē ⁊ alia dei mu

gnalis que ſētiri poſſūt ſꝫ di/ci nequeūt ſis orōis. Ad eā nāqꝫ ↄtēplatōꝫ ꝛ celeſtiū de/guſtationē p orōis exercitiū ↄueniť. Uides q̄ꝫ magne po tētie ꝛ virtutis ſit orō.

Quō iuit dn̄s Jeſus ſupra mare dū eius diſcipuli piclitabāť in medio maris.

Dꝫ ergo dn̄s eēt ī mōte orās: diſcipuli erāt ī medio maris afflicti ꝛ anguſtiati vehemēter q̄ vēt⁹ erat ↄtrarius eis ꝛ varijs ꝓcellis ꝛ fluctibus iactabāť. Cōſpice nūc eos ꝛ ↄpatere eis q̄ ī magna ſūt tribulatiōe. Tempeſtas eīꝫ iuaſit eos ꝛ tēpus nocturnum erat ꝛ abſqꝫ domino ſuo erāt. Quarta autē vigilia noctis deſcēdit dn̄s ꝺ mōte ꝛ ābulans ſupra mare appropiquauit eis. Cōſpice ergo eū quō fatigat⁹ ex vigilia longa ꝛ oratōe ꝓlixa: ſolus deſcēdit tpe noctis ꝺ mōte laborioſus ꝛ forte penoſus nudis pedibus. Et quomodo vadit ſupra mare firmo veſtigio ſicͭ ſupra terrā. Cū aūt appropiquat naui: diſcipuli timentes clamauerunt putātes eū fātaſma. Et benignus dn̄s nolēs eos āplius vexari ſecurauit eos dicens. Ego ſū nolite timere. Tūc petrus ↄfiſus de potētia diuina ad iuſſum dn̄i cepit ſupra mare ambulare. Sꝫ poſtea cepit mergi. Dextera tamen domini ne mergeretur crexit. Jn hoc aūt loco dicit glo. ſuper Math. Sic ſupra mare ābulare facit ne obliuiſcať infirmitatē: ne putet ſe eē eq̄leꝫ dn̄o ꝛ ne ſupbiat. Jntrauit aūt dn̄s nauē ꝛ ceſſauit q̄ſſatio ꝛ ōia ſunt pacata. Diſcipuli vero eū reuerenter receperunt: multūqꝫ gauiſi ſunt: ꝛ in quiete magna remanſerunt. Cōſpice bene ipſum ac diſcipulos in omnibus predictis: quia pulchra ꝛ deuota ſunt valde.

De muliere chananea.

Cum dn̄s Jeſus laborans circuiret p̄dicādo acceſſit ad eū mulier chananea de terra chanaā que erat gentilium ꝛ non iudeorum rogans eū vt liberaret a de/

monio filiam eius que ab eo vexabatur. Erat enim fides in ea q hoc facere poſſet: et dño non reſpondente nihilo minus inſtabat et pſeuerabat clamans et petens ab eo miſericordiam in tantum vt pro ea rogauerunt diſcipuli. Cūq3 dominus reſpōderet nō debere panem filiorū dari canibus: ipſa ſe humilians reſpōdit vt ſaltem mōre canis de micis poſſet habere et ſic meruit exaudiri. Cōſpice igitur dominuz et diſcipulos et etiā ipaz i predictis: nihilominus etiā conſidera virtutes iſtius mulieris et eas ad tuā vtilitatē conuerte que maxime fuerunt tres. Prima fuit fides magna vt etiā vſq3 ad filiaz que ſanata ē ſe extēderet. Secūda fuit orōis pſeuerantia. Tertia fuit humilitas pfunda. Nā nec negauit ſe canez nec dignā ſe putauit iter filios reputari vel habere panē itegrū: ſ3 ptēta fuit de micis accipere. Sic et tu ſi corde fideli puro et itegro i orōe pſeuerateris et coraz deo tuo te humiliaueris: idignū te reputās oi bono ſuo: certiſſime credas q quicqd petieris obtinebis. Et ſicut apli rogauerūt pro chananea ſic et angelus tuus pro te rogabit et offeret orōnez tuā ad dñm.

Quomō aliqui propter verba dñi ſcandalizati fuerunt.

Non mireris ſi ex verbis noſtris et factis ſcādala oriātur. Cum. n. ſemel phariſei dñm interrogarent quare diſcipuli non lauarent manus quādo panē māducabāt: dñs dure rñdit eis increpās q iteriorē mūdiciā non exteriorē querebat: de qua increpatione illi ſcādalizati ſūt: ſed dñs nō curauit. Alia vice cū ſpūalia verba diceret in ſinagoga aliqui ex diſcipulis eius tanq3 carnales nō intelligētes receſſerūt nec de hoc curauit: ſ3 ad duodecim diſcipulos ait. Nūqd et vos vultis abire? Et petrus pro ſe et alijs reſpondit. Domine ad quē ibimus? Verba vite eterne habes. Cōſidera igitur eū quomō cuz poteſtate loquebatur: et quomō defendebat

veritatē nō curās de ſcādalo prauoꝝ ⁊ iſipiētium. Nota ergo primo ꝙ ꝑ alterius ſcā dalū nō debēmus recedere a iuſticie veritate. Secundo ꝙ de iteriori mūdicia ⁊ etiā ex/ teriori honeſtate curare debe mus. Tertio ꝙ ſpūaliter vi/ uere dbemus ita ꝙ verba do mini nō videātur nobis ex/ tranea ſicut illis diſcipulis: q quādo chriſtus dixit i ioan ne. Niſi mādueaueritis car/ nē filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinē: cū nō potue/ rūt ſuſtinere.

De retributione relinquētiū omnia ⁊ exemplū xpi ⁊ apo/ ſtolorum ſequentium.

Cum fidelis ⁊ prudens diſcipulus Symon pe trus quereret a dño Jeſu ꝑ ſe ⁊ ſocijs de retributiōe ip/ ſoruꝫ: rñdit dñs Jeſus inter alia ꝙ oēs qui tēporalia relin quētes ipm ſequerētur centu plū acciperēt i hoc mūdo: ⁊ in futurū vitā eternā. Nota bene hāc retributiōeꝫ: ⁊ gau de gaudio magno: ⁊ gratias ⁊ laudes domino referas to to affectu ꝙ ad talē negocia/ tionē te adduxit vt manuali/ ter de vno cētū lucreris: ⁊ ni hilominus vitā eternā. Vi/ des quomō verū ē qđ loqui tur. Veritas ñ fallit qn cētu plū reddat i hoc ſeculo: ⁊ nō tātū ſemel ſꝫ pluries ⁊ ſepe ſi sic deuote ſic afficiāt eū ꝙ nō ſolū relinquāt oīa ſꝫ totū mū duꝫ arbitrētur vt ſtercora: vt ſpōſū ſuū lucrifacere poſſint. Ber. Gaude ergo ⁊ letare vt dixi: gratias age quia ad hoc cētuplū recipiēdū voca tus es: ⁊ i hāc paradiſum i/ gredere ſepe: quā et oratiōis ſtudio conſequi poteris.

Qualiter dominus queſiuit quid diceretur de ipſo.

Veniēs dñs ihesus in ꝑtes ceſaree philippi qſiuit a diſcipulis đ ſe. Dixit petrus ꝑ ſe ⁊ pro alijs. Tu es xps filius dei viui. Et do minus ad euꝫ. Tu es petrus ⁊c̄. Et dedit ei pro ſe ⁊ ſucceſ ſoribus ſuis poteſtatem ligā di atqꝫ ſoluēdi ſuꝑ terram. Conſpice igitur cum ⁊ etiaꝫ

ipsos iuxta generalez formaz ſuperius tibi datã. Et nota ꝙ etiã hic habes ꝙ petrum quem hic magnificauit pau/lo poſt vocauit ſathanaz: eo ꝙ ꝓpter amorẽ carnalẽ quẽ petrus habebat ad ipz diſſua ſit ei de paſſiõe ſua vt nõ fie ret. Sic ⁊ tu dñi exemplo ha beas oẽs pro aduerſarijs qui ꝓ corporali alleuiatione ab exercitio ⁊ bono ſpirituali te retrahere vellẽt.

De trãſfiguratiõe dñi Jeſu.

ASſumens dñs Jeſus tres ex diſcipulis ſuis aſcendit in mõtẽ tabor ⁊ trãſ figuratus ẽ ante eos: oñdẽs ſe eis glorioſum. Venerunt inſuper Moyſes ⁊ Helyas loquẽtes cũ eo ᵭ paſſiõe ſua futura. Dicebãt aũt. Domie nõ ſic expedit ꝙ moriaris qꝛ poſſis aliter nos redimere quia deus es ⁊ oia tibi poſſi bilia ſunt. Dñs aũt dicebat. Paſtor bonꝰ aiaz ſuã ponit pro ouibus ſuis. Sic ⁊ me facere oportet. Affuit autẽ ſpũſſanctus in ſpecie nubis lucide ⁊ vox patris facta eſt in nube dicens. Hic ẽ filius meus dilectus ⁊c. Diſcipuli ceciderũt i terraz ⁊ poſtea nõ viderunt niſi ſolũ Jeſũ. Cõ ſpice igiť bene ⁊ te p̃ſentẽ ex/hibeas qꝛ hec magnifica ſunt valde.

De eiectõe ementiũ ⁊ vẽdẽ tiũ in templo.

DVabus vicibus eiecit dñs emẽtes ⁊ vẽdẽtes de templo: quod iter magna eius miracula deputať. Naz licet alias vilipenderẽt tamẽ omnes ante ipſum fugerunt. Et q̃zuis eſſent multi non ſe defenderunt ſed ipſe ſolus cũ quibuſdaz eos eiecit. Et hoc ideo quia terribilez ſe eis oſtẽ dit in facie. Accenſus enim erat vehementer eo ꝙ pater ſit inhonoratus ab illis ma/xime in loco vbi magis ho/norari debebat. Conſpice be ne ipſum ⁊ compatere quia ipſe paſſiuo dolore plenus eſt. Nos enim qui in templo domini ſumus ᵭ ſpeciali gra tia ipſius deputati: ſi ſecula/ribus negocijs (vt illi facie/bant) nos implicamus cuz ad

laudem dei ſemp̱ debemus intēdere merito eiectōem ab eo ꝛ indignatōẽʒ eius timere poſſumus. Si vero ñ vis illa timere nulla rōne vel cū ſecularibus curis vel negociationibus te audeas implicare. Opera quecūqʒ curioſa ne feceris que tēpus quod dei laudibus ē debitū occupāt ꝛ pōpis ſecularibus corrūpūt.

De paralitico ſanato ad piſcinaʒ.

Erat i hieruſaleʒ q̄daʒ aquarū cōgregatio in qua lauabanť oues de qbus fiebant ſacrificia. In ea dicit fuiſſe lignū dñi quod quolibet anno ſemel cōmouebatur ab āgelo ꝛ ſanabať aliqs infirm⁹ ſcilʒ qui prius deſcendebat i aqua poſt aque ab angelo motionē. Unde multi ꝓpter hoc iuxta eā cōtinue morabanť. Erat ibi quidam infirmus i grabato paraliticus p̱.xxviij.annos. Hūc ergo Jeſus quadā die ſabbati curauit. Cōſpice ipſū hūiliter euntem ad infirmū ꝛ loquētē more ſolito. In hoc ſacto nota ꝙ primū ſicut hic dñs requiſiuit īfirmū ſi vellet ſanari: ita nobis ſine noſtro conſenſu ſalutem nō dabit. Et ideo inexcuſabiles ſūt peccatores nō cōſentientes volūtati dñi ꝛ ſue ſaluti. Unñ Aug. Qui creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te. Sʒ multū cauere debemus ne laboremus i peccato: qꝛ ſi ſanati a dño reincidam⁹ digne noſtra ingratitudo acri⁹ punief. Sicut huic dixit dominus. vade ꝛ ampli⁹ noli peccare ne deteri⁹ tibi cōtingat. Tertio: qꝛ ſicut maligni in oib⁹ perdunt: ſic boni ď oib⁹ lucrantur. Nam quando hic liberatus portabat grabatuʒ dicebatur ei a iudeis ꝙ hoc ñ licebat die ſabbati. Et ipſe reſpondit. Qui me ſaluuʒ fecit ille mihi dixit. Tolle grabatū tuum. At illi dixerunt. Quis eſt ille qui te ſaluum fecit? Et ſic querebant quod poſſent rep̄hendere non ꝙ poſſent laudare. Sic carnales homines ſepe in malam partem iudicant que vident ꝛ quaſi in omnibus perdūt.

Duo diſcipuli Jeſu eũtes p ſata euellebant ſpicas ⁊ comedebant.

DIſcipuli domini Jeſu quadã die ſabbati eſurientes q2 nõ habebant vnde procurarẽt quid comederent ibant per agros in quibus ſegetes erant ⁊ euellentes ſpicas fricabãt manibus ⁊ comedebant: phariſei eos reprehẽdebant dicentes hoc non licere die ſabbati. Tu autem diſcipulos intuere ⁊ cõpatere eis in tanta neceſſitate cõſtitutis: quãuis ipſi gaudentes hoc facerent ob paupertatis amorem quam ante omnes virtutes ⁊ beatitudines cõmendauerat eis eorum magiſter ⁊ dominus. Quid tamen cogitare eſt principes mundi ad tantam paupertatẽ redactos vt tali pabulo more aĩalium oporteat ſuſtentari? Aſpiciebat eos dominus ⁊ compatiebat eis q2 tenerrime diligebat eos: ſed nihilominus gaudebat tam pter eos quos in hoc mũdo mereri ſciebat q̃z propter nos quibus reliquebat exẽplũ. In hoc exẽplo ad multas virtutes pficere poſſumus. Nã hic paupertas mirabiliter relucet: pompa mũdi cõtẽnẽda oſtẽditur: ſũptuoſa ⁊ ſaporoſa ciboꝝ ppara tio diſcernit. Tu ergo a tãto exemplo totis viribus paupertatem amplectere que ſic emicuit i dño ⁊ in dña matre ſua ⁊ i pfatis mũdi principibus: ⁊ in oĩbus qui chriſtũz pfecte imitari voluerũt. Sed attende de qua paupertate itelligere debes. Scio eim ꝙ in ordine pauper es ⁊ nihil habere debes de quo gratias age dño deo tuo. Sed altius te aſcẽdere volo. Pone igit pfeſſionẽ paupertatis i corde tuo ⁊ cõſentias ei ex intimis cordis tui.

Die iouis.

De miſterio Marie ⁊ Marthe.

QUadam vice cũ dñs Jeſus iret Bethaniã ad domũ Marthe ⁊ Marie ipſe toto affectu diligẽtes eũ reuerenter ⁊ alacriter receperunt eundez: ⁊ Martha gdẽ

ſoror Marie ſe icōtinēti paravit ad refectionē honorabilē ei ⁊ diſcipulis ꝓcurādā. Maria ad pedes dñi ſe poſuit: ⁊ cū dñs nolens exiſtere ocioſus more ſolito loqueret verba vite eterne: ipa oculis ⁊ auribus intēta in eū iocūdabat i verbis eius vltra q̄ȝ dici poſſȝ: nec aliqd aliud cogitabat. Martha vero hoc moleſte tulit ⁊ eam cōpelli a dño ad laborādū ſecū poſtulauit i miſterio ſȝ cōtrariam ſniaȝ reportauit: ⁊ Mariam optimā ptē elegiſſe audiuit. Maria vero que in verbis dñi quieſcebat, ad clamorem ſororis quaſi a ſōno euigilās de quiete ſua timuit ⁊ facie in terrā inclinata ſiluit: ſed poſt dñi reſpōſionē ſecuriꝰ ſedit. Deide parata refectōe ⁊ dño ceſſante loqui ꝯtinuo ſurgit atqȝ manibus eius parat: ⁊ deinceps ſemꝑ dño aſſiſtens fideliſſime ſeruiuit. Conſpice bene dñm ingredientēȝ: ⁊ illas letiſſime euȝ ſuſcipiētes. Scire auteȝ debes ꝙ ꝑ iſtas duas ſorores dicūt ſancti duplicem vitaȝ intelligi: ſcilicet actiuam ⁊ cōtēplatiuā.

De parabola vinee ⁊ cultorum qui nūcios dñi occiderunt: ⁊ de parabola lapidis angularis: ⁊ qūo dominus aliquādo blandis ⁊ aliquādo duris vtebatur ſermonibus.

Dominus ac redēptor volens aiarū ſalutē ꝓ quibus venerat oībus modis ad ſe trahere ⁊ de inimicorū manibus extirpare qñqȝ vtebatur ſermonibus blādis ⁊ humilibus: qñqȝ increpatorijs ⁊ duris: qñqȝ exemplis ⁊ ſimilitudinibus: qñqȝ ſignis ⁊ virtutibus: qñqȝ minis ⁊ terroribus ⁊ uariabat modos ⁊ remedia ſalutis. Jn hoc auteȝ loco fuit vſus cōtra principes ⁊ phariſeos verbis duris ⁊ exemplo terribili ⁊ ꝓpoſuit parabolam de cultoribus vinee qui nūcios dñi venientes ꝓ fructibus occiderunt ⁊ filiuȝ eius. Querēti aūt qua pena digne cēnt pūiēdi ab illo dño: rñderūt. Malos male ꝑdet ⁊ vineā ſuā locabit alijs agricol̄.

Et dñs Jeſus hoc appro/bans itulit. Sic auferet a vobis regnū dei. i. eccleſia: ꝛ dabit gēti faciēti fructū eius. i. gentilibus de quibus nos ſumus ꝛ vniuerſalis eccl'ia. Interpoſuit etiā chriſtus de lapide angulari ꝙ ſignificat ipſuꝫ ꝛ debebat iudeos ꝯfringere. Tūc illi itelligētes ꝙ ꝺ illis eſſent parabole nō correpti ſꝫ magis irati ſūt q꞉ excecauerat eos malicia eorū. Tu autē cōſpice ipſuꝫ iter illos hūiliter ſedētē: ꝛ tamē cū auctoritate loquētem ꝛ cum poteſtate et vigore.

De ceco iuxta viā ſedēte illuminato a dño fide ꝛ iportunitate oratōis.

BEnignus dñs q ex diuia charitate ꝺ ſinu patris ꝓ noſtra ſalute deſcēdit sciēs ꝙ tēpus ſue paſſionis inſtabat ad eūdū verſus hieruſalē: ſe ꝓ ipſa ſuſcipienda parauit: quā diſcipulis tunc ꝑdixit: ſꝫ ipſi nō itellexerunt. Cum ergo appropinquaret hyerico cecus quidam iuxta viā ſedēs ꝛ mēdicās cū itelligeret a turbis Jeſuꝫ inde trāſire fortiter cepit clamare miſericordiā: ꝛ lꝫ increparetur a turba q꞉ vocabat Jeſū quaſi filiū dauid. i. regē ꝛ regis filiū: ñ tñ tacebat dicēs. Jeſu fili dauid miſerere mei. Ad cuius fidē ꝛ feruorē dñs Jeſus reſpiciēs fecit eum ad ſe adduci ꝛ dixit. Quid vis vt faciā tibi? Et cecus ad eum. Dñe vt videā. Quod pius dñs ꝯceſſit dicēs reſpice. Et ſic eū illuminauit. Conſpice ergo dñm Jeſuꝫ ꝛ curialitatē eius diligēter: ꝛ conſidera hic ꝺ virtute fidei ꝛ orationis: ꝛ qūo importunitas oratōis nō diſplicet deo imo placet. Et ipſe docet i hoc capitulo ꝙ oportet ſemꝑ orare ꝛ nō ꝺficere. Et ſic ꝑſeuerātibus i oratōe facit dominus quicquid iuſte ac debite petūt a dño vt dicat. Quid vis vt faciā tibi: ꝛ facit: imo plus. Igitur ꝓ cōſtāti habeas quicqd fideliter ꝛ ꝑſeueranter a domino poſtulaueris obtinebis: nec verecundare exēplo iſti⁹ ceci ꝛ Cananee.

De zacheo ⁊ q̄liter dñs conuerſabatur cū pctōribus humiliter.

DUm dñs igrederetur hyerico: zacheus princeps publicanoꝝ hoc audiens ⁊ deſiderās uehementer cum uidere: nec valens propter multitudinē turbe quia ſtatura puſillus erat: aſcēdit in arborem ſichomorū vt cū videre poſſet. Jeſus autem cognoſcēs ⁊ acceptās ſidem ⁊ dſideriū eius dixit. Zachee feſtinās deſcēde quia hodie oportet me manere in domo tua: Tunc ille deſcendit ⁊ euz cum magno gaudio ⁊ reuerentia ſuſcepit ⁊ ei cōuiuiuz preparauit. Vide curialitatē dñi Jeſu plus dedit zacheo q̄z deſiderabat. Dedit ei qđ auſus petere nō fuiſſet. Hic ergo habes de vtilitate orationis. Nam deſiderium magna vox ⁊ magna oratio. Et ideo dicit propheta. Deſiderium pauperꝝ exaudiuit dñs. Conſpice igitur euz ſedentē ⁊ comedentē cum illis peccatoribus. Poſuit ſe i vltimo loco cum zacheo: ⁊ aliquez ex illis honoratum poſuit in capite. Familiariter ⁊ domeſtice cōuerſabatur cum eis: vt eos ad ſe attraheret. Cōſpice igitur diſcipulos libēter etiam cuz illis peccatoribus ex pietate cōuerſantes ⁊ colloquentes cum eis ⁊ eos ad bona oꝑa cōfortātes. Sciebant eīm hanc eſſe voluntatē domini ſui.

De ceco a natiuitate illuminato.

DUm iret dñs Jeſus per hyeruſalem vidit cecum a natiuitate ⁊ iclinās ſe dñs Jeſus fecit lutum ex ſputo et liniuit oculos eius mittens cū ad natatoria ſyloe vt lauaret. Juit ille cecus ⁊ viſuz ⁊ lumē recepit. Quod miraculū fuit ſolēniter examinatuz ab ill' maliuol' ⁊ ceſſit i cōfuſionez ipoꝝ. Cōſidera q̄z magna fuit huius ceci gratitudo q: ita cōſtanter ⁊ viriliter defendit partē dñi Jeſu contra illos pricipes ⁊ maiores iudeorū: nec i vno verbo pepercit eis cū tñ nō vidiſſet dñm Jeſū. Multū ē cōmē/

dabilis virtus gratitudinis ꝛ deo accepta. Deteſtabile ē viciū igratitudinis. De qua materia ſic dicit Ber. ſuper cant. j. Dulce ad ſingula dona gratias agere. Diligēter īnqt conſidera que tibi apponūtur vt nulla dei dona ꝺbita gratiaꝝ actiōe fruſtretur: nō grādia nō modica ſꝫ puſilla.

Qualiter dominus abſcōdit ſe ꝛ exiuit de templo iudeis illum lapidare volentibus.

Ecce ꝙ incipiūt myſteria paſſiōis dn̄i Jeſu. Dum igiꝭ ſemel dn̄s Jeſus ꝑdicaret in tēplo ꝛ diceret inter alia. Siquis ſermonem meum ſeruauerit mortē non videbit i eternū. Illis reſpōdentibus: an es maior patre noſtro Abrahaꝫ q mortuus eſt? Dixit dn̄s Jeſus. Anteq̄ꝫ abrahā fuerit ego ſuꝫ. Ex quo verbo ſumētes occaſionem quaſi impoſſibile ꝛ mēdacium loqueretur: tulerunt lapides vt lapidarent eum: Ipſe vero ſe abſcōdit: ꝛ exiuit de tēplo. Nōdū venerat tēpus paſſionis eius. Conſpice igiꝭ bene hic cum cum dolore vehementi: quo dn̄s oīum ſic vilipēdebaꝭ ab illis nequiſſimis. Intuere ipm ꝛ diſcipulos meſtos: ꝛ iclinato capite tāq̄ꝫ meſtos ībecilles ꝛ debiles recedētes.

Quō dn̄s exiſtens in porticu ſalomonis receſſit trāſiordanem exiens de manibus iudeorꝫ illū lapidare volētiū.

Dum quadaꝫ alia vice in feſto enceniorum. i. dedicatiōis templi dominus Jeſus eſſet i porticu ſalomonis circūdederūt euꝫ illi lupi rapaces cū furore mario ſtridentes dentibus ꝛ dicētes. Uſqꝫ quo aias noſtras tollis? Si tu es chriſtus dic nobis palā. At mitiſſim⁹ agn⁹ humiliter rn̄dit eis dicens. Loquor vobis ꝛ non creditis mihi: opera q̄ ego facio ī nomine patris mei teſtioniū ꝑhibent ꝺ me. Conſpice nūc eum bene ꝛ totum negociū. Ipſe quidem eis hūiliter lo

quebatur. Jlli vero cum fu
roꝛe ꝛ caninis latratibus ꝑ
ſiſtebant in eum ex oi parte:
tamen nō potuerunt occulta
re venenū coꝛdis ſui. Acce
perunt ergo lapides vt iace
rent in eum: ſed dñs Jeſus
nihilominus blando ſermōe
locutus eſt eis dicēs. Multa
bona opera oſtēdi vobis ꝑꝑ
quod hoꝛum vultis me lapi
dare? Et illi inter alia. Qua
re cum ſis homo facis teipſū
deum? Vide mirabilem inſa
niam. Jpſi volebant ſcire ſi
eſſet chꝛiſtus: ꝛ quia verbis
ꝛ operibus hec cōpꝛobat vo
lebant eum lapidare. Tunc
exiuit de manibus eoꝛum: ꝛ
receſſit trāſioꝛdanē in locum
vbi Joannes baptizauerat.
Conſpice ergo eum ꝛ diſci
pulos recedētes ꝛ eis cōpa
tere toto tuo poſſe.

De reſuſcitatione Lazari.

AD preſens valde cele
bꝛe miraculum mul
tūq; ſolenne cum deuotione
meditandum occurrit ſi te
attentum exhibeas acſi pꝛe
ſens fuiſſes hijs que dicta ꝛ
facta fuerūt. Et libenter con
uerſeris: nō ſolum cum dño
Jeſu ꝛ diſcipulis eius: ſꝫ etiā
ipſa benedicta familia ꝛ deo
deuota: ꝛ a dño dilecta ſcilꝫ
Lazaro Maria ꝛ Martha.
Languente ergo lazaro ſo
roꝛes eius pꝛedicte que fami
liariſſime dño erant miſerūt
ad eum locū ad quem acceſ
ſerat ſcꝫ transioꝛdanem vt in
ſuperioꝛi tractatu cōtinet: di
cētes. Lazarus frater noſter
quē amas infirmat. Et am
plius nō miſerūt: vel qꝛ hoc
ſufficiebat vt bene itelligēti:
vel quia timebant ipſum ad
ſe vocare cū ſcirēt ꝙ iudei eū
querebant capere: ꝛ ꝙ ipſe fu
gerat. Dominus aūt Jeſus
ſiluit ꝑ duos dies: poſtea di
xit diſcipulis ſuis. Lazarus
amicus noſter moꝛtuus eſt:
ꝛ gaudeo pꝛopter vos quia
non eram ibi. Vide mirabi
lem bonitatem ꝛ dilectionē
domini: ac ſolertiam circa di
ſcipulos ſuos. Jndigebant
maioꝛi roboꝛe ꝛ v̄tute. Dñs
ipſe libēter opabat eoꝝ ꝓfe
ctū. Redierūt ergo ꝛ venerūt

prope Bethaniaz. Martha cū ſciuit q̄ dn̄s Jeſus veniebat exiuit ei obuiā. Et procidēs ad pedes ei⁹ dixit. Dn̄e ſi fuiſſes hic ꝛc. Dn̄s vero reſpondit q̄ reſurgeret: ꝛ de reſurrectione aliqua tractauerunt adinuicez. Poſtea miſit eam pro Maria. Hāc eiz dn̄s diligebat ſinglariſſime. Ipa vero vt ſciuit feſtina ſurrexit ꝛ venit ad eum. Et ꝓcidens ſimilia verba Marthe dixit. Dn̄s autem Jeſus vidēs dilectam ſuaz ſic afflictā ꝛ lachrymoſaz ꝛ deſolatā de fratre ſuo non potuit etiā ſe a lachrymis cōtinere. Vn̄ etiam lachrymatus ē dominus Jeſus. Conſpice nunc bene ipſum ꝛ illas ꝛ etiā diſcipulos. An nō credis qn ꝛ ipi fuerint lachrymati? Poſt aliquam morulaz ſic plorantibus illis dixit domin⁹ Jeſus. Vbi poſuiſtis eū? Ipſe tamen hoc ſciebat: ſed more humano hoc locutus ē. Tūc ille dixerūt. veni dn̄e ꝛ vide: ꝛ ducebant eū ad ſepulchrū. Vadit ergo dn̄s i medio inter duas ſorores conſolans ꝛ cōfortans eas. Ipſe vero ſorores tantū de ſua p̄ñtia cōſolabant̄ q̄ quaſi oīs doloris ꝛ omnis rei oblite in euz ſolūmodo intēdebant. Cūq3 incederent omnes tres per viā dicebat Magdalena. Domine qualiter fuit vobis exquo receſſiſtis a nobis? Dolor vehemens fuit nobis ex veſtro receſſu: ꝛ tamē cuz hic eratis de veſtra mora timebam. Et cum vos rediſſe audiui magnum gaudium habui: ſed nihilominus timui ꝛ timeo multum. Scitis eīm quātaz imaginationē aduerſus vos p̄cipes ꝛ maiores noſtri faciūt: ſ3 ꝓpterea ñ ſumus auſe mittere q̄ veniretis. Gaudeo q̄ vos veniſtis: ſ3 rogo vos ꝓ deo q̄ caueatis vobis ab eoꝝ inſidijs. Dn̄s aūt rn̄dit. Noli timere q2 pater ſuper hijs ꝓuidebit: ꝛ ſic colloquēdo venerūt ad monumentū. Tūc iuſſit dn̄s Jeſus eleuari lapidē ſuprapoſituz. Sed cōtradicebat Martha dicens. Domine iam fetet. Quatriduanus eſt enim. O deus vide mirabilem amorē

iſtarũ ſororũ erga dñm Je- ſum. Molebãt.n. ꝙ eius fe- tor tãgeret eum. Et tũc fecit dñs lapidẽ eleuari. Quo fa- cto ipſe dñs Jeſus eleuatis oculis i celuꝫ dixit. Gratias tibi ago pater quoniã exau- diſti me. Ego ſciebã ꝙ ſemꝑ me audis. Sꝫ propter iſtos dico vt ſciãt qꝛ tu me miſiſti. Aſpice nũc bene ipm ſic orã- tẽ ⁊ conſidera zelum eius ad animarũ ſalutẽ. Deinde cla- mauit voce magna dicens. Lazare veni foras. Et ſtatiꝫ reuiuiſcit ⁊ foras ꝓſiliuit: li- gatus tamen ſicut fuerat ſe- pult⁹. Diſcipuli vero ad do mini preceptũ ſoluerũt eum. Quo ſoluto ꝑdicte ſorores flectẽtes genua gratias ege- rũt dño Jeſu de tãto benefi- cio. Poſtea duxerũt eum ad domũ ſuã. Stupuerũt autẽ qui ibi fuerãt ⁊ qui hoc vide rũt. Et diuulgatum fuit hoc miraculũ i tãtũ vt multitudo magna de hieruſalẽ ⁊ de ali- is partibus venerunt ad vi- dẽdum lazarum. Et pricipes iudeorum ſe cõfuſos reputa rant ⁊ de ipſo occidendo co gitarunt.

Quomodo põtifices ⁊ pha riſei collegerũt cõciliũ vt Je ſum morti traderent ⁊ quali ter abijt in effraym.

Appropinquãte tem- pore quo dñs Jeſus diſpoſuerat noſtrã redẽptio nẽ proprio ſanguine operari armauit dyabolus ſatellites ſuos: ⁊ accẽdit corda eorum cõtra ipſum dominũ vſqꝫ ad occiſioneꝫ ipſius ⁊ ex bonis opibus eius: maxime autem propter reſurrectionem laza ri magis ac magis accende- bantur tãquã magis inidia tabeſcẽtes. Non volẽtes igi tur amplius ſuum furorem celare collegerũt pontifices ⁊ phariſei concilium in quo caypha prophetante delibe- rauerunt ipſum agnũ inno- centiſſimuꝫ occidere. O pra uum conſilium. O peſſimi duces populi: ⁊ cõſiliarij peſ ſimi ⁊ nequiſſimi: i manibus veſtris tradidit deus filiũ ſu um: vt per vos occideretur: ſed non pro vobis. Ipſe qui dem morietur ⁊ reſurget vt

ſaluet populum ſuum ⁊ vos peribitis. Diuulgatum fuit illud conſilium: ſed ſapiens dominus voluit dare locum ire: ⁊ etiaꝫ quia non erãt omnia completa: abijt in regionem que dicitur iuxta deſertum in ciuitatem effraym: ⁊ ſurgit humilis dominus ãte faciem nequiſſimorum virorum. Conſpice dominuꝫ Jeſum ⁊ diſcipulos recedentes tãq̃ꝫ imbecilles ⁊ pauperes: Quid tunc putas magdalenam dixiſſe: Sed ⁊ mater domini Jeſu qualiter erat cum ſic euꝫ recedere videret. Potes hic meditari dominam ⁊ ſorores eius tunc remanſiſſe cum magdalena: ⁊ dominũ Jeſuꝫ eas omnes conſolatũ fuiſſe de cita ſua reuerſione.

Qualiter iudei mulierem in adulterio deprehenſam adduxerunt ante Jeſum volẽtes eũ ponere in ꝑplexitate.

Vigilabant in malicijs ſuis peſſimi principes ⁊ phariſei contra dominum Jeſum ⁊ ſollicite pertractabant ⁊ procurabãt quomodo eũ per aſtutias ⁊ fallacias vincerẽt ⁊ notabilem populo redderẽt: ⁊ retorquebant in eos ſagitte eorũ. Cuꝫ igitur quedam mulier in adulterio deprehẽſa eſſet ⁊ ſecundũ legem deberet mori ſeu lapidari adduxerũt eã ad dominuꝫ Jeſuꝫ chriſtum i templo: q̃rentes quid de ipſa faciẽduꝫ eẽt: quaſi volẽtes cuꝫ ponere i ꝑplexitatem: vt ſi legeꝫ ſeruandam' diceret eẽt cõtra miſericordiam quã predicabat: ⁊ ſi dixiſſet fore liberandã eẽt contra legẽ. Scrutãs corda ⁊ renes dñs cognoſcẽs verſutias eorũ ⁊ declinare ſciens: humiliter ſe iclinauit ⁊ digito ſcribebat i terra. Et vt dicit glo. ſcribebat peccata eorũ: ⁊ illa ſcriptura tante erat virtutis ꝙ quilibꝫ eoꝝ cognoſcebat pcta ſua. Dominus autem ſe erigẽs dixit. Qui veſtrum ẽ ſine peccato primus i illam lapidẽ mittat. Et iterũ ſe iclinauit. Curuaris dñe aduerſarijs tuis q̃ſi diſſimulans vt declinarent a ſtultitia ſua. At illi tacuerunt

omnes. Et ſubito vnus exi-
bat poſt alium ⁊ euanuerũt
eorũ aſtutie. Mulieri autẽ di
xit. Ubi ſunt q te accuſabãt?
Dixit mulier. Domine ne-
mo eſt. Et dominus. Nec
ego te condemnabo. Uade
⁊ noli amplius peccare. Et
ſic licentiauit eam. Conſpice
bene eam i omnibus predi-
ctis verbis ⁊ factis.

Quomõ dominus Jeſus ce
nauit i domo Symonis vbi
Magdalena vnxit caput ei⁹
⁊ pedes.

SIcut in ſuperiorib⁹ ad
noſtrã inſtructionem
domin⁹ Jeſus faciẽdo vſus
eſt prudentia oſtẽdens pro lo
co ⁊ tempore ꝙ furiam perſe
quẽtiũ caute declinare debe-
mus. Jta nũc vtitur fortitu-
dine qr debito tẽpore iminen
te ſpõte rediit vt ſe offerat pa
tri ⁊ ſe in manus pſequentiũ
tradat. Rediit igitur domi-
nus Jeſus die ſabbati ante
diem palmarum Bethaniã
que eſt prope hieruſalem: ⁊
ibi fecerunt ei cenam in do-
mo Symonis leproſi. Sed
⁊ ibi fuerunt Lazarus Ma
ria ⁊ Martha. Erãt forte cõ
ſanguinei vel multum dome
ſtici eiuſdẽ Symonis. Tũc
autem maria fudit ſuper ca-
put eius libram vnguẽti p̃-
cio ſi: ⁊ ex eo vnxit caput ⁊
pedes. Et quod alia vice fe-
cit in eadem domo ex contri
tione nũc facit ex deuotione.
Diligebat enim eum ſuper
omnia ⁊ de obſequendo ei-
dem ſatiari non poterat. Sz
murmurauit de hoc prodi-
tor Judas: ꝓ qua dominus
reſpondit ⁊ eam more ſolito
defẽdit. Nihilominus prodi
tor indignatus remãſit: ⁊ in-
de proditionis cauſam aſſũ-
pſit. Et die merchurii ſequẽ
ti illuz prodidit ⁊ triginta ar
genteis vendidit. Conſpice
ergo eum ante cenantem cũ
illis amicis ſuis ⁊ conuerſan
tem cuz ipſis paucis diebus
ſcilicet vſqz ad paſſionẽ ſuã:
ſed amplius in domo La-
zari. Domus nãqz ipſius ⁊
ſororum erat refugium ipſi-
us temporale. Ibi.n. come-
debat ⁊ bibebat cũ diſcipulis
ſuis. Ibi ⁊ mater ei⁹ dñа nr̃a

cōuerſabatur cū ſororibus: ⁊ multū eam honorabāt omnes ⁊ maxime magdalena eā aſſociādo. Cōſpice bene ipſam dnāꝫ q̄r ſtat timore perterrita ꝺ dilectiſſimo filio ſuo nec ſe ab eo vllo tēpore ſegabat. Et cū dn̄s deſēderet mariam magdalenā a murmure ꝓditoris dixit. Mittēs vnguētum hoc i caput meū ad ſepeliēduꝫ me fecit. An non credis ꝙ huiuſmōi verbi gladius matris animā ptranſierit? Quid autē expreſſius de morte ſua poterat dicere. Similiter ⁊ omnes alij ſtabant pterriti ⁊ anxij cogitationibus pleni colloquētes adinuicē vnus cū altero. Et maxime timebāt quādo ibant per hieruſalē. Multa. n. ab iſta die ſabbati vſq; i die cene locutus ē iudeis: ⁊ operatus ē palam i hieruſalem. De quibus i dicēdo nō referā niſi ꝺ aduētu ſ꜓ aſello ne meditatio paſſionis ipſius impediatur. Unde totum tuum recollige ſpiritum ne ad alia ſit diſtractus: vt tam ad hec miſteria que p̄cedūt q̄ꝫ ad ipſam paſſionem mente vacua ⁊ valde peruigili poſſis intendere: ⁊ iterum conuerſeris in Bethania cum predictis.

De aduentu domini in hieruſalem ſuper aſello.

Sequebantur miſteria: implebantur ſcripture per dominū Jeſum. Approinquāte tempore quo volebat mūdo remedium conferre ꝑ paſſionem proprij corporis: igitur die ſequenti ſūmo mane ſcilicet die dominico parauit ſe ad eundū in hieruſalem nouo ⁊ inſueto modo: ſed ſicut fuit prophetatum. Cumq; progredi vellet mater pio affectu retrahebat eum dicens. Fili mi dulciſſime: quo vis ire? Tu ſcis cōſpirationem contra te factā: rogo te vt non vadas. Similiter diſcipulis ⁊ alijs videbatur intollerabile ꝙ illuc iret: ⁊ vt poterant retrahebant eum. Dicebat Magdalena. Magiſter non eatis ꝓ deo. Vos ſcitis ꝙ deſiderāt mortem veſtram ⁊ vos itis

ad manus eorũ. Hodie vos capient ꝛ habebunt intentuꝫ ſuum. O deus quomodo di ligebant eum: ꝛ quomodo erat eis amarum quicquid le derat eũ. Ipſe aliter diſpoſue rat qui vniuerſorum ſalutem ſitiebat: ꝛ reſpõdit eis. Voluntas patris mei eſt ꝙ ego vadam. Surgite ne timeatis qꝛ pater meus defendet nos: ꝛ hoc ſero huc redibimus il leſi. Cepit igiꝉ ire ꝛ illa parua comitiua fidelis ſecuta eſt eum. Cum autem appropin quauit Betſage miſit diſcipulos ſuos vt ſibi adducerẽt aſinum ꝛ pullum eius alliga tos i loco publico ꝛ ad mini ſteria pauperum deputatos. Quo facto dominus Jeſus primo ſuper aſinam ꝛ paruꝫ poſt ſuper pullum humiliter aſcẽdit: ſuper quos diſcipuli ſui veſtimẽta poſuerũt: ꝛ ſic equitabat dominus mundi. Conſpice nunc bene ipſum ꝛ vide quomodo in hoc ſuo honore vituperabant hono rabilem pompã mundi. Nõ enim fuerunt animalia frenis ꝛ ſellis deauratis more ſtultitie mundialis ornata ſed vilibus pãnis ꝛ duobus funiculis: cum eſſet rex regum ꝛ dominus dominorum. Turbe autem cum ſcirent ꝙ Jeſus appropinquabat exierũt obuiam ei. Et vt regem cuꝫ hymnis ꝛ canticis ꝛ veſtiuꝫ ſuarum ꝛ ramorum ſtratiõe ac leticia magna ſuſceperunt eum. Naꝫ cuꝫ fuit prope hie ruſalem fleuit ſuper eam dicens. Quia ſi cognouiſſes ꝛ tu: ſcilicet fleres. Debes ſcire ꝙ tribus vicibus legimus dominum noſtrum Jeſum chriſtum fleuiſſe. Vna de morte Lazari ſcilicet humanam miſeriam. Alia hic ſcilicet humanã cecitatem. Tertia vice fleuit in cruce ſcilicet humanam culpam ꝛ maliciam qꝛ videbat ꝙ paſſio ſua omnibus ſufficere poterat.

Qualiter dominus Jeſus itrauit in hieruſalem.

CO nſpice igiꝉ nunc ipſum flentem: nam ꝛ tu deberes flere cum eo. Fleuit enim fortiter ꝛ largiter ꝛ nõ

ſimulanter quia nos vere di ligebat. Unde corde amaro dolebat ⁊ flebat eorum peri/ culum eternale. Conſpice ēt diſcipulos qui libenter va/ dunt ⁊ diligenter ſemper iu/ xta ipſum cum tremore ⁊ re/ uerentia. Conſpice etiaꝫ ma trem cum magdalena ⁊ ali/ is feminis ſequentibus eum. Nec credere d̄bes ꝙ ipſo flē te potuerit mater ⁊ alij ſe a la chrymis continere. Intrauit ergo dominus Jeſus cū iſto triumpho ⁊ honore turba/ rum i ciuitatem: de quo tota ciuitas commota fuit. Uenit auteꝫ ad templum ⁊ eiecit vē dentes ⁊ ementes ⁊ fuit ſe/ cundo ⁊ tertio. Et ſtetit do/ minus Jeſus publice in tem plo predicans populo ⁊ re/ ſpondens principibus ⁊ pha riſeis vſqꝫ quaſi ſero. Et li/ cet hic honoratus fuiſſet ab il lis non eſt tamē inuentus ali quis qui cum ad comeden/ dum ⁊ bibendum inuitaſſet. Tota ergo die ipſe ⁊ ſui ieiu nauerunt: ⁊ ſero cum eis be thaniam rediſt. Conſpice er go bene ipſuꝫ quia valde hu militer vadit cuꝫ illis paucis q ſic honorifice venerat ma/ ne. Potes cōſiderare quo/ modo magdalena ⁊ alij gau debant quando honoraba/ tur a turbis: ⁊ multo magis cum Bethaniam redierunt illeſi.

Diebus veneris ⁊ ſabbati.

Qualiter domina ⁊ Mag/ dalena inſtabant die merchu rij i ſero vt dominus faceret paſcha cum eis ⁊ ꝙ nō iret i hieruſalem. Et qualiter do/ minus eis reuelauit tempus ſue paſſionis.

HIc poteſt iterponi me ditatio valde pulchra de qua tamē ſcirptura nō lo quitur. Cenante namqꝫ do/ mino Jeſu die merchurij cū diſcipulis ſuis in domo Ma rie ⁊ marthe ⁊ matre eius cū mulieribus i aliqua parte do mus magdalēa miniſtrabat: rogauitqꝫ dominum dicēs. Magiſter ſcitis memor ꝙ fa ciatis hic paſcha nobiſcum:

rogo vos vt non denegetis hoc mihi. Qui nullatenus acquieuit: ſed dixit ei ꝙ i hieruſalem faceret paſcha. Illa recedens cum fletu ⁊ planctu vadit ad dominā ⁊ his enarratis rogat vt ipſa eum roget. Cena igitur facta vadit dominus Ieſus ad matrem ⁊ ſedit cū ea ſeorſum loquēs cum ea ⁊ copiam ei ſue preſentie exhibens: quam in breui tempore ſubtracturus ab ea erat. Conſpice nunc bene ip̄os pariter ſedētes: ⁊ quomodo reuerenter domina eū ſuſcipit ⁊ cum eo affectuoſe moratur. Et ſimiliter quomodo dominus reuerenter ſe habet ad ipſam. Ipſis ergo ſic colloquentibus magdalena venit ad eos ⁊ ad pedes eorum ſedens dixit. Domina ego inuitabam dominuꝫ magiſtruꝫ meum vt hic faceret paſcha: ipſe vero videtur velle ire in hieruſalem ad paſchandum vt capiatur ibi: rogo vos vt non permittatis eum ire. Ad quem mater. Fili mi rogo te vt nō ſic fiat: ſꝫ faciamus hic paſcha. Scio enim ꝙ inſidie ad te capiendum ordinate ſunt. Et dominus ad eā. Mater chariſſima: volūtas patris mei eſt vt faciam ibi paſcha quia tempus redemptionis aduenit. Modo implebūtur que de me dicta ſunt: ⁊ facient in me quicquid volent. Et ille cum magno dolore audierūt quia bene intellexerunt ꝙ de morte ſua dicebat. Mater vero vix valens verba formata proferre ait. Fili mi tota concuſſa ſum a voce iſta ⁊ cor meum dereliquit me. Prouideat pater quia neſcio quid dicam: neſcio ſibi contradicere. Sed ſi ſibi placet rogo eum ꝙ differat ad preſens ⁊ faciamus hic paſcha cuꝫ iſtis amicis noſtris. Ipſe vero ſi ſibi placuerit poterit prouidere alio modo redemptōnis ſine tua morte qꝛ omnia poſſibilia ſunt ei. O ſi videres inter hec dominaꝫ ploranteꝫ ⁊ magdalenaꝫ tāquā ebriam de magiſtro ſuo largiter flētē: forte nec tu poſ

ſes lachꝛymas ꝯtinere. Cō ſidera i quo ſtatu eē poterant quādo hoc tractabatur. Dixit ergo dominus blande cō ſolans eas. Nolite flere. Scitis enim ꝙ obedientiam patris mei opoꝛtet me iplere. Sed pro certo conſidite ꝙ cito reuertar ad vos: ꝛ tertia die reſurgam incolumis. In monte ergo ſicut opoꝛtet ſecundum patris voluntatem faciā paſcha. Dixit aūt magdalena. Ex quo non poſſumus eum tenere hic ſimus i domo noſtra de hieruſalem. Sed credo ꝙ nunquā habui paſcha ſic amarū: nec acquieuit dominus ꝙ ipſe i alia domo faceret paſcha.

Incipiunt myſteria paſſiōis domini noſtri Jeſu chꝛiſti.

De cena domini facta cū diſcipulis.

Aduenīēte igitur ꝛ iminente tempoꝛe miſericoꝛdiarum domini quo diſpoſuerat ſaluam facere plebem ſuam ꝛ eam redimere ñ coꝛruptibilibus auro ꝛ argēto ſed precioſo ſanguine ſuo voluit cenam facere cū diſcipulis ſuis notabilem anteq̄ꝫ diſcederet ab eis per moꝛteꝫ i ſignum memoꝛiale recoꝛdationis: ꝛ etiaꝫ vt impleret myſteria que reſtabant. Fuit autem hec cena magnifica valde: ꝛ magnifica ſunt que fecit ibi dominus Jeſus atqꝫ intuenda. Quod ſi hoc feceris digne ꝛ vigilanter nō patietur curialis dominus te redire ieiunum. Circa ipſaꝫ igitur pꝛincipaliter quatuoꝛ que ibi notabiliter facta fuerunt meditanda occurrunt. Pꝛima ipſa coꝛpoꝛalis cenatio. Secunda pedum apoſtolorum p̄ dominuꝫ Jeſum ablutio. Tertia ſui coꝛpoꝛis ſacratiſſimi inſtitutio. Quarta pulcherrimi ſermonis per ipſuꝫ compoſitio. De quibus per oꝛdinem videamus. Circa pꝛimum attende ꝙ petrus ꝛ ioannes iuerunt ad iuſſuꝫ domini Jeſu ad quēdam amicum ſuum in montem ſyon vbi erat cenaculū grāde ſtratū ad pꝛeparādū paſcha. Sꝫ

⁊ dñs Jeſus cuꝫ alijs diſci/
pulis die iouis aduespaſcēte
iā die ciuitatem intrauit ⁊ ad
ipſum locū iuit. Aſpice nunc
eū ſtantē i aliq̄ parte domus
⁊ colloquētē cum diſcipulis
ſuis ſalubria: ⁊ interiꝫ cena/
culū parabat̄ pro eis per ali/
quos ex ſeptuagita duobus
diſcipulis. Cū autē eēt cena/
culuꝫ paratum dilectiſſimus
Joānes p̄dictus qui ſolicite
ibat ⁊ redibat ad videndum
in p̄p̄atione p̄dicta venit ad
dñm Jeſuꝫ dicēs. Dñe. vos
poteſtis cenare qñ placuerit
vobis. Et que fiūt viſceroſa
ſunt valde nec breuiāda ſunt
ſed dilatanda ſicut ⁊ cetera
facta dñi Jeſu. Jn hac enim
eſt maxima vis oium medi/
tationū de ipſo: ſed iſtius ma
gis perexceſſiua amoris in/
ſignia que ī hac cena fuerūt.
Sedet ergo Jeſus ⁊ diſcipl'i
eius cum eo. Joannes vero
ſe eius lateri coniungens ab
eo ſe deinceps non ſeparat.
Nullus enim ſic fideliter ⁊
familiariter adheſit eidem vt
Joānes. Nam cum captus
fuit ſecutus fuit eū in atrium
principis ſacerdotuꝫ: nec in
crucifixione nec in morte di/
miſit eum quouſqꝫ fuit ſepul
tus. Jn hac autem cena iu/
xta eum ſedit licet eſſet mior
aliorum. Deinde lauāt ma/
nus ⁊ circūſtantes benedicūt
menſam. Scire enim debes
ꝙ mēſa ipa erat i terra more
antiquorum: in terra ſederūt
ad cenam. Benedictiōe igit̄
facta per dexterā domini ſe/
dent circa menſam: Joanne
ſedente iuxta dñm Jeſū. Tūc
eis defertur agnꝰ paſchalis.
Delatū igit̄ agnū paſchalē
accepit verus ⁊ imaculatus
agnus qui erat in medio eo/
rum tanq̄ꝫ qui miniſtrat ſci/
dit eum in fruſta: ⁊ diſcipu/
lis alacriter porrigit ⁊ eos ad
comedendū confortat. Jpſi
vero comedebant: ſed alacri
ter non capiebāt: ſemper ti/
midi ne nouitas contra dñm
fieret. Cenātibus autem eis
patefecit factum apertius ⁊
iter alia dixit. Deſiderio de/
ſideraui hoc paſcha mādu/
care vobiſcū anteq̄ꝫ patiar.
Vnus autem veſtrū me tra/
diturus ē. Hec vox i corde

ipſorum quaſi gladius acu-
tus intrauit: ⁊ comedere ceſ-
ſauerunt inſpiciētes ſeipſos:
⁊ dicentes. Numqd ego ſum
rabbi? Aſpice nunc bene: et
compatere tā domino Jeſu
q̄z eis: quia in magno dolo-
re poſiti ſunt. Ille autem ꝓ-
ditor ne viderentur hec ver-
ba pertinere ad ipſum come
dere non ceſſauit. Joannes
vero ad inſtantiaz petri que-
ſiuit ⁊ dixit. Domine quis ē
qui tradet te? Et dominꝰ Je-
ſus familiariter ei tanq̄z ſin-
gulari dilecto aperuit. Joan
nes autez ſtupefactus ⁊ cor-
dialiter gladiatus verſus eū
ſe inclinauit: ⁊ ſupra pectus
eius recubuit. Nūc ergo cō
ſpice bene domini benignita
tem quomodo ſuum dilectū
ſupra pectus ſuum retinet.
O q̄z tenerrime ſe adinuicē
diligunt. Conſpice ⁊ alios
diſcipulos meſtos ad hanc
domini vocem non comedē
tes: ſed adinuicez aſpiciētes:
⁊ ſuper his conſilium capere
neſcientes.

De lotione pedum diſcipu-
lorum.

His nāqz ſic ſe haben
tibus ſurgit dominus
a cena: ſurgunt ſtatim ⁊ di-
ſcipuli ignorātes quo ire ve
lit. Ipſe autem deſcendit cuz
eis in alium locum inferius
in eadem domo (vt dicūt qui
locum viderūt) ⁊ ibi omnes
ſtare facit: ⁊ aquā ſibi iubet
afferri. Deponit veſtimenta
ſua ⁊ lintheo ſe ꝑcingit: aquā
mittit in peluiz lapideam: vt
lauaret ipſoruz pedes. Con-
ſidera nūc bn̄ ſingulos actus
⁊ cuz admiratione que gerū
tur. Inclinauit ſe ſūma ma-
ieſtas ⁊ humiliauit ſe vſqz
ad piſcatorum pedes. Stat
ibi curuatus: ⁊ genibus fle-
xis coram ipſis ſedentibus:
lauat ꝓprijs manibus ⁊ ab-
ſtergit ⁊ oſculatur omnium
pedes. Sed ⁊ hoc ſuperexal
tat humilitatem: quia prodi-
tori eadem obſequia prebet.
Sed o cor neq̄z ⁊ ipſa duri-
cia durius: ſic ad tantam hu-
militatem non miteſcis? ſic
dominuz non vereris? ſꝫ vbē

tibi o miſer. Tu quidem obduratus quod cōcepiſti parturies: non tamen ipſe ſꝫ tu peribis. Hoc autē cōpleto myſterio rediit ad locuꝫ cene: ꝛ iteruꝫ recūbens eos ad ſuum exemplum imitandum confortat. Potes autē meditari ꝙ dominus Jeſus dedit nobis exemplum in iſto.

De ſacratiſſimi corporis dn̄i Jeſu inſtitutione.

Dum igitur lotis diſcipulorum pedibus iteꝝ recubuiſſet volens dare fineꝫ legalibus ſacrificiis: ꝛ nouū incipere teſtamentum ſeipſū ſacrificium fecit: ꝛ accipiens panem: ꝛ oculos ad patrem eleuans confecit altiſſimum ſacramentum corporis ſui: ꝛ dans diſcipulis dixit. Hoc ē corpus meum quod pro vobis tradet. Similiter ꝛ calicem: qui pro vobis effundetur. Aſpice nunc bene pro deo quomodo diligenter fideliter ꝛ deuote predicta facit ꝛ manibus ꝓpriis cōmunicat illam benedictam ꝛ dilectam familiam ſuaꝫ. Et tādem in amoris recordationē hoc ē memoriale quod animā facit gratam cum ipſum ſuſcipit comedendo.

De ſermone domini queꝫ in die cene fecit diſcipulis ſuis.

Circa quartum vero facit eis ſermonem pulcherrimuꝫ ignitum plenum carbonibꝰ dulcedinis ꝛ amoris. Poſtea dixit dominus iude. Quod facis fac citius. Ille autem infelix egrediens iuit ad principes ſacerdotum quibus eum die merchurii vendiderat triginta argenteis: ꝛ ab eis accepit cohortē ad ipſum capiendum. Interim dominꝰ fecit dictuꝫ ſermonem. Ex cuius ornata vtili ac veneranda magnitudine quinqꝫ meditāda principaliter aſſume. Primū quādo predixit eis diſceſſum ſuum ꝛ confortabat eos. Dicebat nāqꝫ: adhuc modicuꝫ

vobiſcū ſum: ſed non relin-
quā vos orfanos: vado ☧ ve
nio ad vos. Iterum autem
videbo vos ☧ gaudebit cor
veſtrū. Hec ☧ hijs ſimilia q̄
ſuccicte ꝑtrāſeo dicebat eis:
que verba corda ipſoꝝ tota-
liter penetrabāt. Scđo circa
ſermonē mediteris qualiter
cordialiter ☧ īſtāter īſtruxit đ
charitate dicēs pluries. hoc
eſt preceptū meum ☧c. Et in
hoc cognoſcēt ☧c. Tertio cir
ca ſermonem mediteris quō
monet eos ad obſeruantiam
mādatoꝝ ſuoꝝ dicēs. Si di
ligitis me mandata mea ſer-
uate: et ſi p̄cepta mea ſerua-
ueritis manebitis in dilectiōe
mea. Quarto circa ſermonē
mediteris qualiter dat eis cō
fidentiā circa tribulatiōes q̄s
predixit eſſe venturas ☧ dixit.
In mūdo p̄ſſuraꝫ habebitis
ſed cōfidite q: ego vici mū-
dum. Et iteꝝ: ſi mūdus vos
odit ſcitote q: me priorē vo-
bis odio habuit. Mundus
gaudebit vos vero cōtriſta-
bimini: ſꝫ triſticia veſtra ver-
tetur ī gaudiuꝫ. Quinto cir
ca ſermonem mediteris qua

liter ipſe dn̄s Jeſus tandem
aſpiciēs in celum ſe vertit ad
prēꝫ dicēs. Pater ſua iſtos
quos mihi dediſti: cum eſſeꝫ
cum eis ego ſeruabam eos:
nunc auteꝫ ad te venio pater
ſancte: ego pro eis rogo non
pro mūdo: ☧ n̄ p̄ ipis tātuꝫ
ſed pro omnibus qui in me
crediturī ſūt per eos. Pater
quos dediſti mihi volo vt
vbi ſum ego ☧ illi ſint mecuꝫ
vt videāt claritatē. Cōſpice
diſcipulos quō ſtant meſti ca
pitibus inclinati plorantes: ☧
ſuſpiria dātes: pleni ſūt omni
triſticia vſqꝫ ad ſūmū. Inter
alios cōſpice Ioānēꝫ eidem
familiarē coherentē qualiter
attente ☧ diligēter aſpicit hūc
dilectū ſuū. Inter alia quoqꝫ
dixit. Surgite eamus hinc:
nihilominus locutus eſt eis.
Conſpice ergo nunc diſcipu
los euntes poſt eum: ☧ qlibet
eorum nititur ad eum magis
appropinquare. Ipſe vero
libenter ſuſtinebat eos. Atte
de ergo ad ſingula acſi p̄ſēs
eſſes: ☧ cerne euꝫ cum a cena
exierit. Completo ſermone
vadit in hortuꝫ cū diſcipulis

ſuis: ⁊ eos ad orationem hor tatur.

De oratione domini i horto ⁊ eius ſudore ſanguineo.

vt velocius ambularet: ⁊ q̄ſi eum currere coegerũt. Hic expoliauerunt eum nudum: ⁊ crucis patibulo affixerunt. Tunc cum magno clamore ⁊ inundatione lachrymaruꝫ procidẽtes i facies ſuas adorauerunt ⁊ oſculate ſunt crucem adhuc precioſo ſanguine domini aſperſam. Deinde ſurgentes ⁊ euntes verſus ſepulchrum dicebant. Quis reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti? Et aſpicientes viderunt reuolutum lapidem: ⁊ angelum domini ſedentem ſuper eum: qui dixit eis. Nolite timere ⁊c̄. q̄ in euangelio continentur. Ille vero fraudate ſpe ſua: quia putabant corpus domini inuenire non attendentes verbo angeli redierunt ad diſcipulos dicentes corpus domini eſſe ſublatum. Tunc petrus ⁊ ioannes cucurrerunt. Currũt ipſi currit magdalēa ⁊ alie ſocie poſt eos. Omnes currunt ad querendum dominum ſuuꝫ. Currũt multum fideliter: multumqꝫ feruenter. Cum autem peruenerunt ad monumentum reſpicientes ⁊ ipſi non inuenerunt corpus chriſti. Viderũt lintheamina ⁊ ſudariuꝫ ⁊ receſſerunt. Querunt dominũ ſuum ⁊ non inuenerunt: neſciunt vbi amplius euꝫ querere debeant. Igitur dolentes ⁊ flentes receſſerũt. Marie vero remanſerunt ibidẽ: ⁊ reſpicientes in monumentum viderunt duos angelos in albis qui dicunt eis. Quē queritis? viuentem cum mortuis? Ille autem non attenderunt ad eorum verba: nec aliquam cõſolationem receperunt de viſione angelica: quia nõ querebant angelos: ſꝫ dominũ angelorũ. Immo ille due marie conterrite ⁊ quaſi abſorte elongauerunt ſe inde aliquantulum: ⁊ ſedebant dolentes. Magdalena vero neſciens quid aliud facere debeat quia ſine magiſtro ſuo viuere non poterat: ⁊ ibi eum non inueniebat: ⁊ vbi euꝫ quereret ignorabat: ſtabat ad monumentum foras plorans. Iterum ergo reſpiciens in monumentũ: q̄

ſemper ſperabat eum reuide re vbi eũ ſepelierat: vidit ipſos angelos ſedentes qui dicunt ei. Mulier quid ploras? Quem queris? Et illa. Tulerunt dominũ meum ⁊ neſcio vbi poſuerũt eum. Vide mirabilem operationẽ amoris. Paulo ante audierat ab angelo ꝙ ſurrexerat: ⁊ poſtea a duobus ꝙ viuebat ⁊ nõ recordabatur ⁊ dicit neſcio. Amor hoc faciebat. Quia (vt dicit Origenes) aĩma ſua non erat vbi ipſa erat: ſed ibi erat vbi magiſter ſuus erat. Neſciebat cogitare loqui vel audire niſi de ipſo. Cum aũt iſta ſic plorarct ⁊ de angelis nihil curaret: amor ⁊ magiſter ſuus non potuit amplius ſe tenere. Dominus Jeſus refert hoc matri ſue: ⁊ dicit ꝙ vult ire ad cõſolanduꝫ magdalenam que hoc multũ affectat. Et dicit mater. Fili mi benedicte. Vade in pace ⁊ conſolare eam quia multũ te diligit ⁊ de tua morte plurimum doluit ⁊ memento redire ad me.

Quomodo dominus apparuit Marie magdalene.

Venit igitur ad monumentum in hortũ vbi erat Magdalena ⁊ dixit ei. Mulier quid ploras? Queꝫ queris? Et illa eum non cognoſcens adhuc vt ebria reſpondit dicens. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi vbi poſuiſti eum: ⁊ ego eum tollam. Semper enim ſperabat audire aliqua noua de dilecto ſuo. Tunc dominus ad eam dixit. Maria. Ipſa vero quaſi reuiuiſcens ⁊ cognoſcens eũ ad vocem cũ indicibili gaudio dixit. Rabbi .i. magiſter. Domie vos eſtis quẽ querebam. Quare vos tãdiu celaſtis? Et currens ad pedes eius oſculari volebat. Dominus vero volens animum ſuum eleuare ad celeſtia vt non quecrat amodo in terra dixit. Noli me tãngere. Nõdũ.n. aſcẽdi ad prẽm meũ. Et addidit. Nõne predixeram tibi ꝙ tertia die reſurgerẽ? Quõ ergo i ſepulchro me querebas? Et illa. Dico vobis magiſter: qꝛ tãtus do

loꝛ ꝺ acerbitate paſſiõis vr̃e coꝛ meū repleuerat ꝙ oīum oblita de nihilo recoꝛdabar niſi de coꝛpe veſtro moꝛtuo: ⁊ de loco vbi ſepelierā illud: ⁊ iõ vnguēta hoc manc de/tulcram. Benedicta ſit ma/gnificentia veſtra que reſur/gere ⁊ venire ad nos digna ta ē. Stant ergo ſimul dilecti cū iocūditate ⁊ gaudio ma/ximo. Ipſa vero curioſe aſpi cit eū ⁊ iterrogat ꝺ ſingulis: rn̄ſuȝ alacriter recepit. Poſt aliquātulam moꝛulā recedit dn̄s dicens: qꝛ ⁊ alios optet cuȝ viſitare. Tūc Magdale/na q̄ſi alterata ſicut nūq̄ȝ vo/lens ab eo diſcedere dixit ei: Dn̄e vt video vr̄a ꝯuerſatio nō erit amodo nobiſcū ſicut ꝯſueuerat: rogo vos vt non obliuiſcamini mei. Memē/tote dn̄e tot bn̄ficioꝝ que mi hi ꝯtuliſtis ⁊ familiaritatis ⁊ dilectionis quā habuiſtis ad me: ⁊ recoꝛdamini mei dn̄e deus ſalutis mee. Et dn̄s ad eam. Noli timere confide ⁊ conſtans eſto: qꝛ ſemper tecū ero. Tunc ipſe benedictione cideȝ data diſceſſit ⁊ venit ad ſocias. Ille vero de reſurre/ctione domini gaudentes: ſȝ ꝙ non viderant euȝ dolētes redeunt cum ea.

Quō dn̄s Jeſus appuit mu lieribus ſociabꝰ magdalene.

Oz ergo iſte tres Ma rie mane ſimul perge/rent anteq̄ȝ venirent ad ciui/tatem apparuit ei dominus dicens. Saluete. Ille vero vtraq̄ȝ dici poteſt ex hilarita te pꝛocidentes tenuerunt pe/des eius. Hic igit̃ ſimiliter querunt ⁊ aſpiciunt: reſpōſū iocūditatis accipiunt ⁊ faci/unt magnū paſcha. Dicit āt̃ eis dominus Jeſus. Dicite fratribus meis ꝙ vadant in galileā. Ibi me videbunt ſi/cut pꝛedixi eis. Vide ꝙ ma/giſter humilitatis vocat diſci pulos fratres: nūq̄ȝ hanc vir tutem dimiſit.

Quō apparuit Joſeph.

Diſcedens igit̃ dn̄s Je ſus ab eis appuit Jo/ſeph q eū ſepelierat. Captus

eniꝫ erat propterea a iudeis: ⁊ reclusus in quodam cubiculo diligenter sigillato: ⁊ poſt ſabbatum euꝫ interficere volebant. Apparuit ergo ei dominus Jeſus: ⁊ faciem eius abſterſit: ⁊ osculuꝫ dedit ei. Et ide ſolutis ſigillis i propriam domũ reduxit.

Quõ apparuit Jacobo minori.

Apparuit etiã dñs Jeſus Jacobo minori q venerat ſe non comeſturum niſi videret dominum reſuſcitatum. Dixit ergo his qui cũ eo erãt. Ponite mẽſã. Deinde panem accipiens benedixit ⁊ dedit ei dicens. Comede dilecte frater qꝛ filius hominis reſurrexit a mortuis.

Quomõ apparuit petro euꝫ cũ dolore ꝗquirenti.

Dum autem Magdalena ⁊ ſocie eius redeuntes domum narraſſent diſcipulis reſurrexiſſe dominum: ⁊ petrus qui ſuum dominuꝫ non viderat nõ quieſcere valens propter amoris vehementiam diſceſſit ab eis ⁊ ſolus ibat verſus ſepulchrum. Neſciebat enim vbi alibi euꝫ quereret. Dum ergo pergeret domin⁹ Jeſus eidẽ apparuit dicẽs. Pax tibi Syon. Tunc petrus percutiens pectus ſuum ⁊ procidens i terra cum lachrymis dixit. Domine dico meam culpam qꝛ dereliqui te ⁊ pluries negaui ⁊ deoſculatus ẽ pedes eius. Dominus autẽ erigens ipꝫ oſculatus eſt eum dicens. Pax tibi noli timere: omnia peccata ſunt tibi dimiſſa. Ego bene ſciebam ⁊ predixi tibi. Nunc vero vade ⁊ confirma fratres tuos ⁊ confide qꝛ mortem ⁊ oẽs aduerſarios meos vici. Stãt ergo ad inuicem colloquẽtes: petrus diligenter aſpicit illũ: ⁊ ſingula notat. Benedictõne vero accepta rediens ad dñam ⁊ diſcipulos oia narrat. Scire aũt debes ꝙ de apparitione dñe nihil i euãgelio ꝯtinet.

Quõ dñs Jeſus iuit ad paradiſuꝫ dliciaꝝ viſitare ſanctos pr̃es.

DOminus autē Jeſus nōdū viſitauerat ſanctos patres poſt reſurrectōꝫ ſui corporis quos i paradiſo dimiſerat. Rediit ergo ad eos ꝓcedens i ſtola cādida cū multitudine angeloꝝ quē ipſi in tāta gloria ↄſpicientes a lōge cū indicibili exultatōe ꝛ gaudio: cū canticis ꝛ laudibus ſuſceperūt dicētes. Ecce rex noſter venit occurramus ſaluatori noſtro. Magnum pricipiū ꝛ regni eius nō erit finis. Dies ſanctificatus illuxit nobis venite oēs ꝛ adoremus dñm: ꝛ ꝓcidentes i terram adorauerūt eū: ꝛ ſurgentes ꝛ ſtantes corā eo reuerēter ꝛ iocūde ↄpleuerunt laudes ſuas dicētes. Vicit leo ꝺ tribu Juda. Refloruit dñe caro tua. Adimples nos leticia cū vultu tuo ꝛc. Reſurrexiſti gloria noſtra. Exultabimus ꝛ ꝺlectabimur i te: regnum tuū regnū oium ſeculorum ꝛc. Et nos nō diſcedimus a te. Reſuſcitabis nos ꝛ nomē tuum exaltabimus: precurſorq; nobis ingreſſus eſt: pontifex factus in eternuꝫ. Hec dies quā fecit dñs ꝛc. Saluabit ſibi ꝺxtera eius ꝛc. Cantate dño ꝛc. Nos aūt populus eius ꝛ oues paſcue eius venite adorem⁹ eū. Appropinquāte vero hora veſpertina dixit eis dñs Jeſus. Cōpatior fratrib⁹ meis q: pp meā abſentiaꝫ ↄtriſtati ſunt valde ꝺ morte mea ꝛ cōterriti. Diſpergūt ſicut oues errantes nō habentes paſtorem ꝛ multuꝫ deſiderant me videre. Vadā ergo ꝛ oſtendam me ipſis. Cōfortabo ꝛ ↄſolabor eos ꝛ cito reuertar ad vos. At illi procidentes adorauerūt eū dicentes. Sic fiat dñe vt dixiſtis.

Qño dñs iūxit ſe duobus ex diſcipulis ſuis i modū peregrini.

DVm ergo duo ex diſcipulis eius irēt verſus caſtellū ema⁹ quaſi deſpati ꝺ dño ſuo ꝛ irēt triſtes de hijs que acciderāt ↄferēdo: venit dñs Jeſus ꝛ iunxit ſe eis in ſpecie ꝑegrini ꝛ ibat cū illis interrogans eos ſicut in euāgelio continetur. Tandem

coactus ab eis intrauit cũ il/
lis ⁊ manifeſtauit ſeipſis. O
aia peccatrix hic diligẽter at/
tende ⁊ conſidera multiplicẽ
bonitatẽ ⁊ benignitatem dñi
tui. Primo qꝛ nõ potuit ſu/
us feruens amoꝛ permittere
ſuos ſic errare ⁊ triſtari. Ve
re vt fidus amicus eſt fidelis
comes ⁊ benignꝰ dñs. Iũ/
xit ſeipſis ⁊ q̃rit triſticie cau/
ſam ⁊ exponit eis ſcripturas
inflãmans coꝛda eoꝛum ad
omnem rubiginem extirpan
dam. Sic quottidie nobiſcũ
facit ſpiritualiter. Si eniꝫ ali
quando grauati perplexitate
vel accidia de ipſo loquamur
ſtatim adeſt confoꝛtans ⁊ il/
luminans coꝛda noſtra: ⁊ ẽt
inflãmans i amoꝛẽ ſui. O pti
mum enim remedium eſt cõ
tra tales loqui de eo vt docet
ꝓpheta. Quã dulcia fauci/
bus meis ⁊c̃. Et iterũ. Igni
tum eloquiũ tuum vehemen
ter. Similiter ⁊ cogitare de
deo. Vnde idem propheta
dicit. Cõcaluit coꝛ meũ intra
me ⁊ in meditatiõe mea exar
deſcet ignis ⁊c̃. Secũdo cõ
ſidera bonitatẽ eius non ſo/
lum ex amoꝛe vt dixi: ſed ẽt
ex humilitate pꝛofunda. Cõ
ſpice nãqꝫ ipſum quomodo
humiliter vadit cum eis. Va
dit enim cuꝫ eis velut vnus
ex eis dñs omnium. Nonne
tibi videtur pꝛimoꝛdia humi
litatis reddidiſſe. Exempluꝫ
enim eſt nobis ſimile facien/
di. Sed ⁊ magis attende dñi
humilitateꝫ qꝛ non eſt dedi/
gnatus hos diſcipulos infe/
rioꝛis gradus. Nõ eniꝫ erãt
de apoſtolis: ſed de aliȷs mi
noꝛibus diſcipulis: ⁊ tamen
familiariter iũxit ſe illis. Va
dit ⁊ loquitur non ſicut ela/
ti. Item i alio relucet hic ſũ/
ma humilitas. Nam ſuper/
bus verba ſua ſpargere de/
dignatur. Dñs aũt nõ de/
dignatur etiaꝫ vni vt fecit cũ
ſamaritana. Tertio conſide/
ra domini bonitatem quãtuꝫ
ad pꝛeſens negociũ qñ iſtru
xit diſcipulos ſuos ⁊ in an/
guſtijs reficit ⁊ conſolatur.
Conſpice ergo anima xpia/
na dominum tuum quomõ
fingit ſe longius ire vt eoꝛuꝫ
augeat deſiderium ⁊ teneat
aut inuitetur ab eis: ⁊ quõ po

ſtea itrat cũ eis benigne. Panem accepit ⁊ benedicẽs manibus ſuis ſacratiſſimis frangit ⁊ porrigit ⁊ ſe eis reuelat. Et hoc quottidie facit nobiſcum inuiſibiliter. Nã teneri vult ⁊ viſitari per dſideria ⁊ orationes ⁊ ſanctas meditatiões. Et idõ orare ſemp oportet ⁊ nõ deficere vt ipſe docuit. Qualiter aũt iſta facit ad noſtram cruditionem vt intendamus i opera pietatis ⁊ hoſpitalitatis ⁊ quõ non ſufficit diuina eloquia legere vel laudare niſi opere compleantur. Non autẽ dedit iſtis magnam ſui copiaʒ ſed ſtatim porrecto eis pane euanuit ab oculis eorũ. Nã ẽt alios conſolari volebat cũ quibus tamen etiam iſtos ẽ conſolatus.

Quõ dñs Jeſus intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis abſente thoma.

Redierunt autem predicti duo diſcipuli ſtatim in hieruſalem ⁊ inueniẽtes alios diſcipulos congregatos ⁊ abſente Thoma eis iſta narrauerũt: ⁊ pariter audierunt q: ſurrexit dominus ⁊ apparuit Symoni. Tunc dominus Jeſus intrans ad eos ianuis clauſis ſtetit i medio eorum ⁊ dixit. Pax vobis. Diſcipuli vero ꝓcidẽtes in terram ⁊ ſuam culpaʒ dicentes ꝙ ſic euʒ reliquerãt ipſum alacriter ſuſceperunt. Dominus autem: ſurgite inquit fratres mei: q: omnia peccata dimiſſa ſunt vobis. Stat igitur familiariter iter eos. Oſtendit eis manus ⁊ latus: aperuit ſenſum vt intelligant ⁊ cognoſcant reſurrectionem ſuam. Petit ab eis ſi habẽt aliquid ad manducandum ⁊ dant ei parteʒ piſcis aſſi ⁊ fauum mellis ⁊ manducat coram eis. Inſufflauit in eos ⁊ dat eis ſpiritum ſanctum. Videas quomodo iſta ſunt plena omni iocunditate ⁊ leticia. Gauiſi ſũt ergo diſcipuli viſo domino. Letantur cum eo qui primo erãt ſtupefacti. O q̃ʒ libenter illa porrexerunt vt comederet. Quã fideliter ei

miniſtrabāt: ⁊ q̄ȝ iocūde aſſiſtebant eidem. Conſpice bn̄ anima xp̄iana etiam dominā ibidem eſſe quia diſcipuli congregabantur ad eā. Vide ergo cum indicibili gaudio iſta reſpicere ⁊ iuxta filiū ſuuȝ familiariter ſedere: ⁊ (ſi quid expedit) ſeruire alacrit. Dominus autem Jeſus libenter ſuſcipit omne ſeruitiū de manibus eius: ⁊ ipſam reuerenter honorat coram diſcipulis ſuis. Non aūt amittas a tua conſpectione Magdalenam dilectaȝ diſcipulā. Conſpice qualiter more ſolito ſedet ad pedes magiſtri ſui ⁊ diligenter audit verba ſua. O qualis eſt domūcula iſta ⁊ q̄ȝ glorioſum habitare in ea. Nonne tibi videtur ⁊ hic nūc eſſe magnuȝ paſcha. Sed parum ſtetit dominus cum eis: q2 erat iaȝ quaſi ſero. Erat autem indutus veſtibus albiſſimis: veſtimētis glorioſe reſurrectionis ⁊ nouitatis ſolis orientalis. O q̄ȝ ſuaue ⁊ dulce videre. Tandē dominus reuerentia matri exhibita ſimiliter ⁊ accepta ab ea benedicens omnes receſſit ab eis. Ipſi vero procidentes de cita reuerſione rogauerunt eundem. Manſerunt autē famelici ⁊ ſitibundi de domino ſuo de quo tātam copiam habere conſueuerant: eum ſemper ſuſpirijs ⁊ deſiderijs reuocantes. Nā iſte apparitiones in die paſche fuerunt. Credo enim ꝙ ſi paſſiōes pati ſcires ⁊ mētem haberes intentam ⁊ nō ſparſam ad ſecularia vel ſuperflua vel curioſa in qualibet vice habēs paſcha: ⁊ q̄libet die dominica tibi contingere poſſet ſi mente integra diebus veneris ⁊ ſabbati te cū paſſione domini preparares dicēte apoſtolo. Si fuerimus ſocij paſſionuȝ erimus ⁊ conſolationuȝ.

Quomodo domin⁹ Jeſus redijt ad ſanctos patres.

TUnc vero dominus Jeſus redijt ad ſāctos patres qui corā eo nō ocioſe ſed iocundantes laudibus inſiſtebāt. Quid dicerēt ipſe

nouit. Tu autem imaginando eos cum corporibus potes cogitare ꝙ recolentes beneficia dei gratias agebant per ſingulas generationes. Primo offerẽtes ſe velle laudare deum tanquã dignum omni laude. Secundo recognoſcendo eum ſuum deuz. Tertio numerando ipſa beneficia. Quarto hortando omnes ad laudandũ. Quinto ipſuz adorando. In quibus omnibus diligenter conſpice ꝛ reuerenter attende qꝛ valde deuota ſunt ꝛ vtilia: non ſolum ad preſentes meditationes: ſed etiam ad laudem ꝛ cantica que ſibi ĩ prima maxime exhibentur. Incipiens igitur Adam pro ſe ꝛ ſua generatione ſtans coraz domino alacriter gratias agebat: ꝛ ſic omnes alij per ordinem.

Quomodo iteruz apparuit diſcipulis preſente Thoma.

Aduenientе autem die octaua reſurrectionis iterum apparuit dominus Jeſus diſcipulis ſuis ianuis clauſis ꝛ erat Thomas cum eis qui primo non fuerat. Et cum alij narraſſent ꝙ vidrant dominũ reſpondit. Niſi videro in manibus eius ſuturam clauorum non credaz vt in euangelio continetur. Dixit ergo eis paſtor bonus ꝛ de puſillo grege ſuo ſolicitus. Pax vobis. Deinde dicit Thome. Infer digitum tuuz huc ꝛ vide manus meas: affer manuz tuam ꝛ mitte in latus meum ꝛ noli eſſe incredulus ſed fidelis. Tunc thomas ꝓcidens tetigit dominum ꝛ dixit. Dominus meus ꝛ deꝰ meus. Hominẽ enim vidit ꝛ deũ credidit: ꝛ dixit etiam culpam ſuam deo ꝙ ipſe dereliquerat eũ: ſicut ꝛ alij dixerunt. Dominus autem euz erigens dixit. Noli timere: omnia peccata ſunt tibi dimiſſa. Hoc autez de dubitatõe Thome diſpenſatõe permiſſum ẽ vt euidẽtioribus argumentis reſurrectio dñi probaretur. Cõſpice autem eum hic diligenter ꝛ conſidera ſolitaz benignita-

tem humilitatem ⁊ amorem ferventem ipſius quomodo monſtrat Thome ⁊ aliis diſcipulis ſuis vulnera ſua vt tolleret omnem obſcuritatē de cordibus ipſorum ad noſtram vtilitatem. Reſeruauit quoqꝫ ſibi dominus cicatrices vulnerum maxime ꝓpter tria ſcilicet vt fidē faceret apoſtolis de ſua reſurrectione: ⁊ vt ipſas oſtēdat patri quando vult placare eum pro nobis. Eſt enim noſter aduocatus. Et etiam vt eas monſtret reprobis in die iudicij. Stat igit̄ dominus Jeſus cum matre ⁊ diſcipulis ſuis per aliquā moram loquens de regno dei. Et ipſi cum eo cum magna leticia audientes verba illa excelſa ⁊ aſpicientes faciē eius plenam gaudio ⁊ decore. Attende ergo bene eos circunſtantes: ſed domina familiariter iuxta cū ſedet. Magdalena vero ſemper ad pedes eius. Conſidera ⁊ ſta tu etiam reuerenter ⁊ verecūde ſed gaudēter: a longe tamē: ſi forte miſericordia motus faciat te vocari. Tandem dicit ꝙ vadant in galileā ⁊ ibi apparebit eis. Ipſi vero remanſerunt vt primo famelici ⁊ ſitibundi de ipſo: ſed plurimum conſortati.

Quō iterū appuit diſcipulis in galilea ⁊ quid eis ipoſuit.

Post hec diſcipulis ad dictum locum pergētibus iterū apparuit eis dominus Jeſus dicens. Data ē mihi omnis poteſtas i celo ⁊ in terra. Ite docentes omnes gentes baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti Amen. Docentes eos ſeruare quecūqꝫ mandaui vobis: ⁊ conſortamini. Ego vobiſcū ſum omnibus diebus vſqꝫ ad cōſūmationem ſeculi. Adorauerunt autem eum ⁊ ſtant etiā nunc cum magna iocūditate cū eo. Conſidera bene eos: ⁊ ea que modo dicta ſūt eis. Nā magnifica ſunt valde. Manifeſtat enim eis dñs q̄liter eſt deus omnium. Dat eis mandatum in predicādo

dat formã baptizandi ⁊ vigorem per maximũ tempus dum dicit ꝙ ſemper erit cum eis. Vides quãtam iocunditatẽ dat eis: ⁊ oſtendit inſignia charitatis. His ergo dictis per dominum data eſt eis benedictio ⁊ diſparuit ab eis.

Quomodo domius Jeſus apparuit diſcipulis piſcantibus ⁊ iterum rediit ad ſanctos patres.

Diſcipuli vero adhuc remanſerũt i galilea. Iuerunt autẽ quadam vice piſcatũ ad mare thiberiadis ſeptẽ ex ipſis: ⁊ per totã noctẽ nihil ceperũt. Mane autẽ facto iterũ apparuit eis dominus Jeſus ⁊ ſtetit in littore maris. Attẽde autẽ que hic facta ſunt: qꝛ etiã iocundiſſima ſunt. Querẽs autẽ dñs ſi aliquid cepiſſent: eis ñ reſpondẽtibus dixit. Mittite i dexteram nauigii rethe ⁊ inuenietis. Miſerunt ergo: ⁊ multitudinẽ magnã ceperũt. Dixit itaqꝫ ioannes petro. Dñs eſt. Tũc petrus nudus exiſtens ſuccinxit ſe tunica: ⁊ feſtinus venit ꝑ mare. Alii vero nauigio venerunt. Et cum deſcẽdiſſent viderũt piſces ſuper prunas ⁊ panem paratũ. Dominus enim hec eis parauerat. Fecit eniꝫ de piſcibus eorũ aſſari ⁊ ſimul cũ eis comedens fecit cõuiuiũ ⁊ feſtũ magnũ in littore maris: ⁊ cõſueto more humilitatis ſue miſtrauit eis. Stãt igitur reuerenter multumqꝫ alacriter iſti ſeptẽ diſcipuli cũ dño ſuo pariter cũ eo comedẽtes. Aſpiciũt eius faciem deſiderabilẽ ⁊ iocũdã: ⁊ exultãt in cordibus ſuis. Accipiunt de ſacratiſſimis manibꝰ ſuis eſcas delectabiles ⁊ non minus reficiuntur ſpiritualiter q̃ꝫ corporaliter. O quale conuiuium eſt iſtud. Conſpice bene per ſingula ⁊ (ſi potes) piſcare cum eis. Attende nihilominꝰ que ſubſequũtur que ſunt pulcherrima ⁊ vtilia. Nam completo iſto ſolemni conuiuio dixit dominus petro. Diligis me plus his? Et petrus. Domine tu ſcis quia amo te. Dicit ei do

minus. Paſce agnos me/os. Et tribus vicibus ſic in/terrogans recõmendauit ei gregem ſuum. Itez benigni tatem ⁊ charitatem ſolicitaz conſidera. Aperte enim vi/des quomodo diligenter ⁊ affectuoſe imprimit reiterat ⁊ recõmendat petro aīas no/ſtras. Iterū autē dñs predi/xit mortē ipſius petri dicens: Cū eras iunior cingebas te ⁊c. Significās ꝙ paſſione clarificaturus eēt eū. Et cuz d̄ ioāne petrus quereret: hic autem quid? dñs reſpondit. Sic eū volo manere donec veniā: quaſi diceret nolo ꝙ ꝑ viam paſſionis me ſequat: ſed ī domo ⁊ in cõtemplatōe requieſcat: quāuis alij diſci/puli intelligerēt ꝙ non more retur. Sed nō erat hoc ma/gnū donū: cuz melius ſit diſ ſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Au dis q̄z magna dicta ſunt ī iſta apparitione. Poſt hec di/ſparuit dñs ab eis: ⁊ more ſo lito rediit ad ſanctos patres. Diſcipuli vero cum magno gaudio remāſerūt ⁊ poſtea redierūt ī hyeruſalē. Digne nāqz poſt tot annorū curricu la: poſt tot labores ⁊ afflictō/nes: poſt tā crudelē ⁊ acerbā mortē poterat triūphator ad ſuam gloriaz remeare ⁊ per ſuos angelos confirmare ⁊ cõfortare apoſtolos: ſed hoc ñ patiebat charitas. Perſo naliter voluit cõuerſari cum eis ꝑ dies quadraginta ī mul tis argumētis ⁊ loquens de regno dei: pro eis facit hoc ⁊ pro nobis. Sed aduerti/mus. Dilexit ⁊ diligit ſic ve hementer ⁊ nō diligitur cuz ad talem ac tantū ignē nō ſo lum caleſieri ſz ardere debe/mus.

De aſcenſione domini.

Circa dominicā aſcen/ſionē te vigilem eē opz vt ſi vnquā toto mentis co/natu te preſentem exhibuiſti verbis ⁊ factis eius: nūc fa/cias multo magis. Nā hec ſolennitas oēs alias ſuperat vt clarius tibi oſtendā īfra. Quelibz aīa fidelis dz ſpon/ſum ſuum in eius diſceſſu di ligentiſſime ⁊ vigilanter ob ſeruare: ⁊ ipſi ſe deuotius ⁊

humilius recōmendare ⁊ totaliter ꝑ alijs adherere. Quadrageſimo itaqꝫ die a reſurrectione ſciens dominus Jeſus ꝙ venit eius hora vt trāſeat ex hoc mūdo ad patrem cum dilexiſſet ſuos nūc vere in fine dilexit eos. Accipiēs igitur de paradiſo terreſtri ſāctos patres: ⁊ oēs illas animas ſanctas: ⁊ benedicens helye ⁊ enoch ibi remanentibus adhuc viuētibus venit ad diſcipulos ſuos qui erant in cenaculo in monte ſyon cū matre ipſius ſaluatoris: ⁊ apparens eis voluit ante eius diſceſſuꝫ prandere cum eis in ſignum memorialis dilectōnis ⁊ gaudij. Omnibus igitur comedentibus ſimul cuꝫ leticia magna in hoc vltimo cōuiuio domini ſui: dixit eis Jeſus. Tempus eſt vt reuertar ad eū qui miſit me. Vos autem manete hic in ciuitate quouſqꝫ induamini virtute ex alto: quia infra paucos dies replebimini ſpiritu ſācto prout promiſi vobis. Poſtea ibitis per vniuerſuꝫ mūdum predicantes euangeliuꝫ meum baptizando credētes ⁊ eritis veri teſtes vſqꝫ ad vltimum terre. Exprobrauit ēt incredulitatē eoruꝫ: quia his qui viderant eū reſurrexiſſe a mortuis ⁊ angelis ſuis nō crediderant. Hoc marie nūc facit quod predicando dicebat: quaſi daret eis intelligere. Multo magis debebatis angelis credere: etiam antequā me videretis q̄ꝫ gentes que credent vobis predicantibus: ⁊ me nō videbunt. Fecit hoc vt cognoſcētes defectum ſuuꝫ remanerent humiliores: oſtendēs eis in ſuo diſceſſu quantum ei placeat humilitas. quaſi eam ſpecialiter recōmendaret eiſdem. Stāt igitur comedunt loquuntur ⁊ gaudent propter preſentiā domini ſui: ſed nihilominus turbati propter diſceſſuꝫ. Tāta amoris teneritudine diligebant eum ꝙ hec verba ſui diſceſſus non poterant equo animo ſuſtinere. Quid autem dicam de matre iuxta eum prandente que eum ſuper omnes ſic intenſe amabat? An non credis quod

per hec verba diſceſſus ſui ſi lij materna li dilectione tacta cõmota ſint viſcera eius. Et credibile eſt ꝙ reclinauit caput ſuum ſuper filium ſuum cum ineſtimabili dulcedine: ꝛ ꝙ recubuit ſupꝛa pect⁹ ei⁹. Nam ſi hoc ioannes fecit in cena multo magis meditari poteſt de ipſa. Unde ſuſpirans cum lachꝛymis rogat eum dicens. Fili mi ſi diſcedere vis ducas me tecū. Dominus autem cõſolans eam dixit. Rogo mater chariſſima ne feras moleſte diſceſſū meum: quia vado ad patreꝫ Te autem remanere hic expedit ad tempus pꝛo confirmādo credētes. Poſtea veniā pꝛo te ꝛ aſſumam te ad gloriam meam. Ad quem mater. Fili mi dulciſſime. Fiat voluntas tua. Nam ego nō ſolum remanere ſed ꝛ moꝛi parata ſū pꝛo quibus tu moꝛtuus fuiſti: ſꝫ eſto mēoꝛ mei. Dominus autem ꝛ diſcipulos ꝛ Magdalenam ꝛ alias conſolabatur dicēs. Nō turbetur coꝛ veſtrum neqꝫ foꝛmidet: non relinquam vos oꝛfanos. Vado ꝛ venio ad vos ꝛ ſemper ero vobiſcuꝫ. Tandem dixit eis ꝙ ereant in montem oliueti quia ide volebat aſcendere: ꝛ tunc diſparuit ab eis. Mater igitur ꝛ omnes alij ſine moꝛa iuerunt ad dictum montem qui ē ꝓpe hyeruſalem: ꝛ ibidem apparuit eis dñs. Ecce quomodo habent hodie duas apparitiones. Tunc amplexatus ē matrem: ꝛ mater eum tenerrime. Diſcipuli auteꝫ ꝛ magdalena ꝛ omnes alij pꝛocidētes ꝛ lachꝛymantes deoſculati ſunt pedes eius. Ipſe vero ſuos apoſtolos erigēs benigne conſolatus eſt. Cōſpice nunc eos bene: ꝛ omnia q̄ fiunt: conſidera. Nihilominus ſanctos patres ibidem exiſtentes: ſed tamen inuiſibiliter quomodo libenter intuentur dominam ꝛ reuerēter ꝛ affectuoſe benedicunt: per quam tantum beneficium cōſequuti ſunt. Quomodo etiam intuentur illos excelſos pugiles ꝛ duces diuini exercitus quos inter omnes elegit dominus ad pugnanduꝫ

ꝛ vincendum vniuerſuꝫ mũdum. Tandem cunctis exple tis miſterijs cepit dominus Jeſus eleuari ab eis: ꝛ aſcendere virtute ſua. Tunc mater ꝛ omnes alij procidunt in terraꝫ: ꝛ dicebat mater. Fili mi bñdicte memoꝛ eſto mei. Et diſcipuli nõ poterant ſe a lachꝛymis continere. Gaudebat tamen mater multum quia filium ſuũ glorioſuꝫ cernebat. Similit ꝛ diſcipuli dicebant. Domie pꝛo te dimiſimus omnia: eſto mẽoꝛ noſtri. Ipſe vero eleuatis manibus: facie ſerenus ꝛ gaudens: regno coꝛonatus ꝛ oꝛnatus triũphabiliter ferebat in celum: ꝛ benedixit eis dicens. Conſtãtes eſtote: viriliter agite ꝛ ſemper vobiſcuꝫ ero. Aſcẽdebat auteꝫ ſecum ducẽs illam multitudinẽ nobilem iter pandẽs ante eos: vt dixerat Micheas pꝛopheta. Dominus itaqꝫ glorioſus candidus ꝛ rubicũdus: ſplendens ꝛ glorioſus pꝛecedebat eos: viã eis oſtẽdens: ꝛ ipſi cãtantes ꝛ iubilãtes letiſſimi ſequebantur eũ dicentes. Cantemus domino ꝛc. Benedictus es dñe deus noſter qui ſaluos facis ſperantes in te. Deducens populũ tuũ in exultatione ꝛ electos ꝛc. Exaltare ſuper celos deus ꝛc. Aſcẽdis in altum: pꝛoſperum iter faciẽs nobis: perducens nos in refrigerium. Et ducis victos tuos in foꝛtitudine: deſideriũ noſtrum tribuens nobis. Gloꝛia laus ꝛ honoꝛ ꝛc.

De leticia curie celeſtis ð aſcẽſione domini.

Interiꝫ aũt mihael pꝛepoſitus paradiſi pgẽs ad patriã celicã nunciauit ꝙ dñs aſcẽdebat. Ecce omnes beatoꝝ ſpirituũ oꝛdines ſeriatim per acies ſuas occurrerũt eidẽ. Vnus ex eis nõ remãſit quin veniret obuiam dño ſuo. Et inclinãtes ſe cũ omni reuerentia deducebant euꝫ cum hymnis ꝛ canticis ſpiritalibus ineffabilibꝰ. Quis enim poſſet cantus ꝛ iubilos qui ab ipſis fiebant explicare? Adueniũt autẽ cõiũcti pſallentibꝰ: ꝛ dicẽtes. All'a.

all'a. all'a. Nomine qui i domini rex bñdicte venis. Nūc tibi regnanti pangimus ecce melos. All'a. all'a. all'a. Benedictus es qui ambulas ⁊c. Benedictus es domine qui ſedes ſuper cherubin ⁊ intueris abyſſos. All'a. all'a. Dignus es domine omni laude ⁊ honore quia ſic victoriā feciſti all'a. In huiuſmodi cāticis ⁊ confeſſionibus deum honorabant vtiqꝫ coram domino exultantes. Et eideꝫ feſtum honorificum cum omni reuerentia facientes. Superni ergo ſpiritus reuerentia prius domino exhibita: ⁊ canticis illis expletis cū magna iocunditate dicebant. Principes populorum bene pſallite illi qui aſcendit ſuper celum celi all'a. Et ſancti patres reſponderūt. Principes populi domini all'a: cuſtodes ⁊ adiutores nr̄i: gaudiū vobis ⁊ pax all'a. Et dicebāt mlt'a all'a ⁊ multa alia. Vides ergo ꝙ oēs iubilabāt ⁊ pſallebāt. Nā iuxta ꝓphetā. Aſcēdit deus i iubilatione. Aſcendit ergo Jeſus paulatim pro ꝯſolatiōe matris ⁊ diſcipulorum quouſqꝫ videre poterant. Et tunc autem nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: ⁊ in momēto cum omnibus angelis ⁊ predictis patribꝰ fuit in patria. Stabant autem mater glorioſa ⁊ diſcipuli: Magdalena ⁊ alie flexis genibus: ⁊ intuebantur in celum euntem illum quouſqꝫ poterant.

Quomodo domina cum diſcipulis iuſſu angelorum redijt in hyeruſalem ⁊ de igreſſu domini in paradiſum.

Dum ergo ſic ſtarēt vultis eleuatis ecce duo angeli ſteterunt iuxta illos in veſtibus albis dicentes. Viri galilei quid ſtatis ⁊c. Redite ergo in ciuitatem ⁊ expectate ſicut dixit vobis. Cōſidera quomodo de ipſis dominus fuit ſollicitus. Nam ſtatim cum euanuit ab oculis eorum miſit angelos ſuos: ne nimium illic fatigarentur: ⁊ vt confortarētur audientes angelicum teſtimoni-

um ꝯcordare ſecū de aſcenſio
ne dn̄i ſui. Auditis ergo his
verbis dn̄a humiliter roga
uit ipſos āgelos vt ipſam re
cōmendarent filio ſuo. Illi
vero ſe vſq; ad terrā inclinā
tes eiuſdem libenter ſuſcepe
runt mandatum. Similiter
apoſtoli ⁊ magdalena ⁊ oēs
alij dixerunt eis. Illis autem
diſparentibus ⁊ ipſi redierūt
ad ciuitatem: ibiq; morabā
tur expectantes vt dominus
Jeſus mādauerat eis. Do
minus autem Jeſus cū vni
uerſa predicta felici ⁊ magni
fica multitudine aperiens ia
nuas paradiſi vſq; tunc hu
mano generi clauſas intrauit
triumphaliter ⁊ gaudenter:
ac reuerenter flexis genibus
ait patri. Pater: gratias tibi
ago q2 mihi dediſti victoriā
de omnibus inimicis meis.
Ecce amicos noſtros qui ca
ptiui tenebantur: eos tibi p̄
ſento. Sed ⁊ fratribus ⁊ di
ſcipulis meis quos in mūdo
reliqui promiſi mittere ſpiri
tum ſanctū. Rogo te pater
mi vt impleas promiſſionē
meam ⁊ eos tibi recōmēdo.
Tunc pater erigens eū fecit
ſedere a dextris eius ⁊ dixit.
Benedicte fili mi: omnem
poteſtatem ⁊ omne iudiciū
tibi dedi d̄ iſtis diſcipulis tu
is: ⁊ de miſſione ſpiritus ſan
cti pro tuo velle diſponas.
Omnes autē ſancti patres
⁊ beatiſſimi ſpiritus qui ado
rantes prociderant in facies
ſuas coram patre ſurgentes
reinceperunt cantica ſua ⁊ iu
bilabant corā eo laudes. Si
enim moyſes ⁊ filij iſrael poſt
tranſmigrationem maris ru
bri cecinerunt carmen dn̄o di
centes. Cantemus domino
gl'oſe ⁊c̄. Et Maria ꝓphe
tiſſa ſoror eius ⁊ relique mu
lieres eā ſequentes in tympa
nis ⁊ choris dn̄o canebāt: q̄ꝫ
to magis m̄o aduerſitatibus
ſupatis? Similiter cū Dauid
deducebat archā domini in
hyeruſalē ſi totus populus
canebat ⁊ dauid cū cantorib9
cytharas percutiebat ⁊ oēs lau
dantes corā dn̄o in cytharis
lyris ⁊ tympanis ⁊ Dauid
pſallebat ⁊ ſaltabat totis viri
bus corā dn̄o: quāto magis
nunc faciūt q̄ vere ſūt coram

dño in hoc gaudio cõſtituti: Et de hoc habetur in apoca lipſi. Audiui vocem in celo centũ quadragintaquattuoꝛ miliũ cytharedoꝝ cytharizã tium i cytaris ſuis: ⁊ canta/ bant quaſi canticuꝫ nouũ añ thꝛonũ dĩ ⁊ agni. Quodcũ/ qꝫ gaudiũ illð ſignificet ego multo magis eũ meditoꝛ ho die ꝯtigiſſe. Oẽs ergo con ſtituti ibi pſallũt omnes exul tant omnes letantur omnes cantant omnes gaudent oẽs iubilant omnesqꝫ manibus plaudũt. Uere in ſupna hye/ ruſalem auditur canticum le ticie: ⁊ per omnes vicos eiꝰ ab vniuerſis dicit̃ all'a. Nũ/ quam ab oꝛigine mundi tale feſtuꝫ ⁊ tale ſolẽne paſcha ce lebꝛatum fuit. Nec vnq̃ꝫ erit niſi foꝛte poſt diem iudicij cũ omnes ibi pñtabũtur electi.

De miſſione ſpirituſſancti.

Nunc his completis di rit dominus Jeſus pa tri. Pater memẽto pꝛomiſ/ ſionis mee quã feci de ſpiritu ſancto fratribꝰ meis. Cui pr̃. Fili: multũ gratũ habeo qꝺ ꝓmiſiſti: ⁊ tps ẽ vt ipleatur ꝓmiſſũ tuũ. Dicunt igit̃ ad ſpiritũ ſanctũ. Rogamus te vt deſcendas ad diſcipulos noſtros: ⁊ eos repleas ꝯſole ris roboꝛes ⁊ inſtruas. Et ait ſpirituſſãctus. Ecce ego paratus ſuꝫ. Et ſtatiꝫ deſcẽ/ dit in linguis igneis ſup cẽtũ viginti diſcipulos ſimul con gregatos ⁊ repleuit oĩ gau/ dio. Cuius diſcipuli vigoꝛe accenſi ⁊ illumiati totũ mũ/ dum concuſſerunt: ⁊ pꝛo ma ioꝛi parte ſubiecerunt. Ni/ hilominꝰ ſuperni ciues ⁊ po ſtea laudauerũt ⁊ ſemp lau/ dant deũ ⁊ hñt dies leticie: ⁊ nũq̃ꝫ deeſt ibi leticia ſolẽni/ tas ⁊ gratiarum actio ⁊ vox laudis. Feſtinemꝰ itaqꝫ nos ingredi i illã requiẽ vbi tãta ſuperabundant indeficienter gaudia: ⁊ ad patriam no/ ſtram totis conatibus ſuſpi/ remus. Odiamus compa/ gem huius miſeri ⁊ putridi coꝛpoꝛis noſtri: ⁊ eius curaꝫ non faciamus in deſiderijs ꝙ nos hic detinet peregri/ nos ⁊ icarceratos a tãto bo/

no. Et iterum cupio diſſolui ꝛ eſſe cum chriſto: ꝛ eam continue poſtulemus a domino: quia per nos eam cuꝫ ſalute conſequi non valemꝰ.

Modus ꝛ ordo tenendus i ſuprascriptis meditandis.

Volo autem tibi tradere modum quem teneas in predicando vel meditando predicta ne ſi forte ipſum crederes ptinere ad omnia ꝛ extendere que hic ſcripta repereris quaſi molem grauem negligas: maxime cum credam vni ebdomade conuenire. Igitur ſcire debes qꝫ meditari ſufficit ſolum factum quod dominus Jeſus fecit vel cum fieri contigit vel dici ſecundum hyſtoriam euangelij: ꝛ ibi te preſẽtem exhibendo ac ſi in tua pſentia fierent prout ſimplici animo nuditer cogitanti occurrit. Moralitates autem ꝛ auctoritates: quas hic ad tuam inſtructionem in hoc opere poſui non expedit in meditationibus adduci: niſi ſiqua virtus amplectẽda vel vicium deteſtandum foret. Elligas ergo in his meditandis aliquam horam quietam. Poſtea infra diem poteris dicere moralitates ꝛ auctoritates ꝛ eas ſtudioſe memorie cõmendare. Qđ omnino te facere conuenit: quia pulcherrime ſũt: ꝛ que te q̃ſi in tota vita ſpirituali valeãt informare. Meditatõnes vero ſic diuide: vt die lune incipiens percurras vſqꝫ in fugam domini in egyptuꝫ. Et eo ibi dimiſſo die martis cuꝫ eo rediẽs mediteris vſqꝫ ad apertionem libri in ſynagoga. Die mercburij exinde vſqꝫ ad miniſterium marie ꝛ marthe. Die iouis ab inde vſqꝫ ad paſſionem. Die veneris ꝛ die ſabbati vſqꝫ ad reſurrectionem domini. Die vero dominica ipſam reſurrectionem ꝛ vſqꝫ in finem. Et ſic per ſingulas ebdomadas facias: vt ipſas meditatiões tibi reddas familiares. Quod quanto magis facies tibi facilius occurrent atqꝫ iocundius. Libenter conuer

ſeris cum domino Jeſu ⁊ vi
tam ipſius tanquã euangeli/
um ad imaginez beate ceci/
lie in corde ſtudeas inſepara
biliter collocare. Sit nomen
dñi noſtri Jeſu chriſti pau/
peris crucifixi benedictum i
eternum ⁊ vltra. Amen.

Finis.

Expliciunt meditationes
deuotiſſime totius vite domi
ni noſtri Jeſu xp̃i ſm ſanctũ
Bonauẽturaz cardinalẽ or/
dinis minoruz. Impreſſe
Papie impenſis Jacopi de
burgofrancho. 1490. die. 4.
Martij.

Verſiculi arboꝛis vite chꝛiſti.

Pꝛimo.

Jeſus ex parte genitus
Jeſus ſpiratoꝛ natus.
Jeſus creatoꝛ inclitus
Jeſus gubernans ſtatus.
Jeſus pꝛomiſſus patribus
Jeſus faber virgineus
Jeſus annunciatus.
Jeſus emiſſus celitus
Jeſus plene dotatus
Jeſus ioannis intimus.
Jeſus maria natus
Jeſus confoꝛmis patribus
Jeſus pꝛenominatus.
Jeſus in ſtella fulgidus
Jeſus magis monſtratus.
Jeſus redemptus paruulus
Jeſus infans fugatus
Jeſus puer pꝛoficiens
Jeſus matri abſentatus
Jeſus inuentus inſtruens
Jeſus dulcoꝛ amatus
Jeſus flos floꝛi ſubiacens
Jeſus floꝛe immoꝛatus
Jeſus alumnis obſequens
Jeſus depauperatus
Jeſus pꝛeconem adiens
Jeſus vir baptizatus
Jeſus deſertum incolens
Jeſus hoſte temptatus
Jeſus paruulos colligens
Jeſus matre rogatus
Jeſus paſtoꝛ circuiens
Jeſus vigoꝛe laſſatus
Jeſus pꝛo nobis indigens
Jeſus inhonoꝛatus.
Jeſus miranda faciens
Jeſus verbis ſenſatus
Jeſus perfecta conſulens
Jeſus tranſfiguratus
Jeſus per noctem vigilans
Jeſus die occupatus.
Jeſus panes multiplicans
Jeſus tranquillans flatus
Jeſus lepꝛam eijciens
Jeſus medela datus
Jeſus a moꝛte ſuſcitans
Jeſus laſſans reatus
Jeſus vnguento redolens
Jeſus aſello latus
Jeſus rex oꝛbis veniens
Jeſus digne laudatus
Jeſus vrbi compatiens
Jeſus lachꝛymatus
Jeſus templum ingrediens
Jeſus zelo armatus
Jeſus pactum perficiens
Jeſus dolo ſeruatus
Jeſus ſubiectis ſeruiens
Jeſus panis ſacratus
Jeſus iudam conſpiciens.

Jeſus dilecto ſtratus
Jeſus ſermonem faciens.
Jeſus euiſceratus
Jeſus futura preuidens.
Jeſus orans proſtratus
Jeſus ad bellum exiens.
Jeſus deus monſtratus
Jeſus impetum ſuſtinens.
Jeſus vinculis ligatus
Jeſus tractus crudeliter.
Jeſus ter denegatus
Jeſus deluſus nequiter.
Jeſus vultu velatus
Jeſus conſputus turpiter.
Jeſus colaphizatus
Jeſus mutus humiliter.
Jeſus circūrotatus
Jeſus ligatus fortiter.
Jeſus ſpinis coronatus
Jeſus punctus crudeliter.
Jeſus dire plagatus
Jeſus productus viliter.
Jeſus reus clamatus
Jeſus ſpretus maligniter.
Jeſus ſententiatus
Jeſus crucem circū ferens.
Jeſus debilitatus
Jeſus matrem conſpiciens.
Jeſus anguſtiatus
Jeſus deuotas alloquens.
Jeſus virens aſſatus
Jeſus ad crucem veniens.

Jeſus veſte nudatus
Jeſus morti ſe offerens.
Jeſus dire clauatus
Jeſus vexillum erigens.
Jeſus tricoloratus
Jeſus ſceleſtos diuidens.
Jeſus tunc blaſfematus
Jeſus orbem concutiens.
Jeſus excruciatus
Jeſus latronem erigens.
Jeſus dans principatus
Jeſus matri compatiens.
Jeſus fletu rigatus
Jeſus cruorem affluens.
Jeſus fons deſiccatus
Jeſus amoreꝫ ſitiens.
Jeſus felle potatus
Jeſus clamando moriens.
Jeſus vita priuatus
Jeſus pallore decidens
Jeſus tranſlanceatus
Jeſus matrem afficiens.
Jeſus intumulatus
Jeſus infernum adiens.
Jeſus frangens conatus
Jeſus triūphans mortuus.
Jeſus ſurgens beatus
Jeſus decor precipuus.
Jeſus orbi prelatus
Jeſus ductor exercitus.
Jeſus celo leuatus
Jeſus largitor ſpiritus.

Jeſus clarificatus
Jeſus ſpirans afflatibus.
Jeſus cruce ditatus
Jeſus electam eleuans
Jeſus dux laureatus.
Jeſus matrem gloꝛificans
Jeſus fons reſeratus
Jeſus pꝛolem multiplicans
Jeſus vilificatus.
Jeſus franciſcum generans
Jeſus ſeraph allatus.
Jeſus noꝛmam conſtituens
Jeſus tunc renouatus.
Jeſus deſpectus iterum
Jeſus falſificatus.
Jeſus doctoꝛ humilium
Jeſus reſuſcitatus
Jeſus decoꝛe fulgidus
Jeſus pauper firmatus
Jeſus teſtis veridicus.
Jeſus iudex iratus
Jeſus victoꝛ magnificus
Jeſus ſponſus oꝛnatus.
Jeſus rex regum dominus.
Jeſus finis optatus.

Laus deo.

Deuotus Bernardus.
Jeſus dulcis memoꝛia
Dans vera coꝛdis gaudia.
Sed ſuper mel ⁊ omnia
Eius dulcis pꝛeſentia.
Nil canitur ſuauius:
Auditur nil iocundius:
Nil cogitatur dulcius:
Quã Jeſus dei filius.
Jeſu ſpes penitentibus:
Quam pius es petẽtibus:
Quã bonus te querẽtibꝰ:
Sed quid inuenientibus.
Jeſus dulcedo coꝛdium
Fons verus lumen mẽtiuꝫ
Excedit omne gaudium:
Et omne deſiderium.
Nec lingua poteſt dicere
Nec littera expꝛimere
Expertus poteſt credere
Quid ſit Jeſum diligere
Jeſum queram in lectulo
Clauſo coꝛdis cubiculo:
Priuatim ⁊ in publico
Queram amoꝛe ſedulo.
Cum maria diluculo
Jeſum queram in tumulo
Coꝛdis clamoꝛe querulo
Mente queram nõ oculo.
Tũbam ꝑfũdam fletibus
Locum replens gemitibus
Jeſu peruoluar pedibus

Strictis herēs ãplexibus:
Jeſu ſtringaꝫ veſtigia
Et flendo ſigam labia
vt detur mihi venia
Atqꝫ perfecta gratia.
Jeſu rex admirabilis
Et totus deſiderabilis
Dulcedo ineffabilis
Et triumphatoꝛ nobilis.
Mane nobiſcum domine:
Et tuo reple lumine:
Mentes pulſa caligine.
Tue pacis dulcedine.
Quando coꝛ meum viſitas
Tunc lucet ei veritas.
Mundi vileſcit vanitas:
Et intus ardet caritas.
Amoꝛ Jeſus dulciſſimus
Et vere ſuauiſſimus:
Plus milies gratiſſimus:
Quā dicere ſufficimus.
Hoc omnium creatio
Pꝛobat ⁊ gubernatio.
Et mira oꝛdinatio
Cunctoꝛūqꝫ ſubiectio!
Necnon eius paſſio
Et ſanguinis effuſio:
Per quam nobis redēptio
Datur: ⁊ dei viſio.
Sic amantem diligite:
Amoꝛis vicem reddite:
Jn hunc odoꝛem currite:
Et votis vota reddite.
Jſta ſemper reuoluite
Amoꝛē piuꝫ poſcite:
Jeſum ardenter querite:
Querendo inardeſcite.
Jeſu auctoꝛ clementie
Totius ſpes victoꝛie
Fons dulcoꝛis ⁊ gratie
Vere coꝛdis leticie.
Jeſu mi bone cupiam
De te dulcoꝛē ſentiam
Qui tanta dat ſuauia
Vt digne loqui nequeam.
De te tamen non ſileam:
Amoꝛe fac vt ardeaꝫ
Cum de te ſolo gaudeam
Et te videre cupiam.
Jeſu mea dilectio
Grata mentis refectio
Replens ſine faſtidio
Dans famē deſiderio.
Qui te guſtant eſuriunt
Qui bibunt adhuc ſitiunt
Deſiderare neſciunt
Niſi Jeſum quē diligunt.
Cum ſic amoꝛ inebꝛiat
Nouit Jeſus quid faciat:
Felix ille quem ſatiat
Nō eſt vltra quod cupiat.
Jam pꝛoſequamur laudibꝰ
Jeſum hymnis ⁊ pꝛecibus
Vt nos donet celeſtibus
Cum ipſo frui ſedibus.
Amen.

Vor den rissen en dem buch

Nim Nym han hueffenn als hurzebugr
vnd fiude die en eyne wern daz den teit
teyll yngehet dar nach nym saltz Alun
vnd alten schmere vnd schmere dich
yn den lenden vnd war dyr ubell ist

Contra potagram

Nym bilsen same reut uff sant Johans
bap: obent vnd pistere den wornacht
vnd thun yss en eyne hafe der gross
vnd mirre sie vnd mach locher
dar yn iij aber iiij vnd nym dan nach
en cleyne habe der uber glast sie
vnd setz en vnder den grossenn habe
do daz fueder yn ist vnd ver mach
den stein erde dar yn steine vnd
setz sie en die erden daz die erde
ij span daz uber gehet vnd dan
sie wol zu oben vnd vndenn
vnd lass es sten biss wynachten uff
sant Ibers apposti[l] tag nach der messe
vnd grab yss uss so findest du wasser

[illegible]

Alius

harneß siedt daß er uff schumet und
stoß den dar nach in eyme morsell
und gieß dar en nach schaiden wasser
und gieß mylch yßt lebig er wenigste
und sige yn durch ey tuch aller
stumete und setz yt dar nach yn
eyme fure daß yß nicht wärm
woerde und thu dar woll eyn
safferan dar nach schlag yß uff
eyme bloeß tuch daß wollen ist
und legs yß uff die stat do dye
wehe yst und eyn alten loß hyn
die dem fingerll an dem fuß ere

Contra harenam

Nym new kürsen Crannßberen
und stöß sie zu sammen yn eyme
morsell und dar nach nym kürsen
stran und misch die mit eynem
essigk der yß nass werd und thu

Die vorgenanten gestossen stuck
dar vnder vnd misch es zu sa-
men vnd thu es dar nach in
ein phan / vnd rür es daz es
glych warm werd vnd leg es
an die end do dir we ist etc

Item Contra vermes oppinn
[illegible]

Accipe de micapergunda panis
et micte super brunnas usque calores
penetrat deinde pone super tapetum tamen
de nocte quando vis dormire et ligna
panem ne cadat in nocte de tapeto et
tamen sit per tercia noctis usque in mane
Alia nocte quidem fac simili modo et
mitte modicum de aceto sit
spergendo cum digito ut moris est cum
aspersorio in aqua et sit deinde al-
ternatim et hoc fac per iiii aut vi dies
et qualibet die de nova tenda accipe aqua

roseam et camphir et ho[m]ni gh pombe
et unge oculos p[er] nocturnu[m] dormiens et
aperi de ne pupillas tangas intus ideo

Contra pannum oculorum

Assume tibi saluiam et rutam utriusque
ad pulueres deinde fac siccare deinde quod
remanet pulueres tenue in subtili et cri-
brato puluere spargas super pannum illum
et unge cum oleo arboris et sit itum
imponas pulueres illos et quolibet die

Contra [illegible] Item

Item recipe cera unum aut duo forum
mixtura et fac ignis aliquantulo qua[m]
q[uo]d latet in omni possis mittere de ante
et sit qualibet die oportet continuare per
aliquos dies Et nota quod colligas
illa omnia in festa festa beate virginis scilicet
vij assumptionis et natiuitatis eius

ad qui mingere non potest

Recipe [illegible] salandia et mitte testiculos intra

et [illegible] quiescas unius hore



Sanctuaire de Notre-Dame de Laghet.

6110

UGG